Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Responsio Ad Exceptiones Qvibus Dn. Honertus Suam Stabilire, Lutheranorumqve Sententiam, De Gratia Universali non particulari, debellare sategit

Rostochii: Typis Nic. Schwiegerovii, [1731]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404251

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU theol. Dec.1731
Weidener, Joh. Joach.
1a

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404251/phys_0001
DFG

J. S. J. E. V. V. E.

RESPONSIO AD EXCEPTIONES

QVIBUS

DN. HONERTUS SUAM STABILIRE, LUTHERANO-RUMQVE SENTENTIAM,

De Gratia Universali non particulari,

debellare sategit.

Quam

SUB AUSPICIIS BENIGNISSIMI SOSPITATORIS

ET CONSENSU SUMME REV. THEOL. FACULTATIS,

PRÆSIDE

JOANNE JOACHIM WEIDNERO,

PH. ac SS. THEOL. D. & PROFESSORE. P. O. FACULT. THEOL. SENIORE, REV. MINISTERII DIRECTORE & AD DIV. MARIÆ PASTORE,

Anno MDCCXXXI. Ipsis Nonis Decembris,

Commilitonibus Suis eruditissimis,

IN AUDITORIO MAJORI,

horis consvetis discutiendam sistit.

DAV. JOH. WALTER, Hannoveranus,

Ph. & S. S. Theol. Cultor.

ROSTOCHII, Typis NIC. SCHWIEGEROVII, *Ampl. Sen. Typogr.*

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003404251/phys_0006
DFG

PROSPECTUS DISSERTATIONIS.

PRÆFAMEN exhibet ea, quæ adversus DN. JO. van den HONERT hactenus sunt disputata, & quæ adhuc sint disputanda? adjicit

TRACTATIO.

§. *I. Particularismo* deditus DN. HONERTUS, dum est eodem exsolvendus,

§. *II.* Illud non nisi per Scripturam S. fieri potest. Et cum

§. *III. CLASSES septem* congregaverit;

§. *IV.* in *CLASSE prima* generalium *responsionum*, ad Dicta Matth. IV. 25. & 1. Tim. II. 4. (1) evincere vult, quod vox *OMNIS* ibi & alibi etiam non denotet *singula generum*. Sed

§. *V.* respondentur (a) quod veritas semet ipsam sibi vindicet. (b) Locaq; in Bibliis sint ubi vox *OMNIS* non designet *singula generum*. ut tamen

§. *VI.* (c) *restrictio universalis vocis* non sit in Arbitrio interpretis, sed ex *contextu* sit declaranda. Secundum quem (d) Locus Ex. I. 3. 8. sit *omnino universalis*. Quod idem

§. *VII.* ex Locis Apoc. V. 9. & VII. 9. pateat. Siquidem

§. *VIII.* Apoc. V. 9. (a) omnia sint *universalia*. Id quod (b)

§. *IX.* ex probatis testibus adstruitur.

§. *X.* Nec fallit id (c) ad Locum. Apoc. VII. 9. ubi itidem omnia sunt *universalia*. Quando porro

§. *XI.* DN. HONERTUS ad *exceptionem* LIMBURGII, devolvitur ad Dictum Matth. XX. 1.-16. Tunc demonstratur (a) quod Locus Matthæi non agat de *Vocatione ad salutem*.

§. *XII.* Id quod (b) DN. SCHRAMMIUS & ex parte DN. HASÆUS agnoverint. Sicut &

§. *XIII.* (c) ex Loco Act. XI. 18. non adjutus est Dn. HONERTUS. Quando

§. XIV. & (III) Dn. HONERTUS ad *exceptionem* LIMBURGII ex Gen. VII. 13. f. *risum sibi motum* venditat, tunc respondemus, quod (a) *illud pervidere non possimus*, siquidem (b)

§. *XV.* ex contextu sint omnia clara. Quando

§. *XVI.* & num. IV. *ad exceptionem* LIMBURGII, DN. HONERTUS opinatur; Quod terminus *HOMO*, sit *GENUS*, *admodum extensum*; tunc (a) hanc philosophandi rationem eidem relinquimus; & adstruimus (b); quod Matth. IV. 23. ff. agatur de *omnis generis morbis*. Et sic

§. *XVII.* ponitur (c) *controversiæ status*, &

§. *XIIX.* Locus Matthæi plenius explicatur ac

§. *XIX.* illustratur, totaque causa

§. *XX.* solide ex WINSTRUPIO absolvitur. Ita ergo

§. *XXI.* & V. ad exceptionem LIMBURGII, incipit *CLASSIS*. DN. HONERTI quæ complectitur ea Testimonia, ubi *salus & merita CHRISTI referuntur ad OMNES*. Et ibi

§. *XXII.* Phalangem ducit *LOCUS Es. LIII. 6.* & argumentum ex *versu primo* deducit DN. HONERTUS; Quia in Textu non negatur in præsenti; *erramus*, sed in præterito: *erravimus*; conferens locum 1. Petri II. 25. Sed ad id

§. *XXIII.* respondemus; Nos *mirari* (a) hoc argumentum adhiberi potuisse a Viro *linguarum* perito.

§. *XXIV.* (b) ex GRUNACKIO verum contextum adferimus. Sed &

§. *XXV. RATIONEM secundam* exhibet DN. HONERTUS: Quia *vox OMNIS* conjungitur cum *Nos* & *Nostrum*; Sed respondemus (a) Vox *OVIS* non ad subjectum sed ad prædicatum *erravimus*, referri debet.

§. *XXVI.* (b) *OVIBUS* comparantur homines, vario respectu;

§. *XXVII.* Accedit (c) expressiva designatio, per vocem *unusquisque*.

§ *XXIIX.* Adduntur (d) quinque pro sententia nostra solida Argumenta; quam &

§. *XXIX.* confirmat *Locus* Rom. VIII. 32. Cum &

§. *XXX.* Locus 1. Petr. III. 9. eo trahi non possit, Ipsa nostra sententia ibi, ac

§. *XXXI.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404251/phys_0008
DFG

§. *XXXI.* plenius adhuc confirmatur.

§. *XXXII.* Ad *Locum* (I) Act. XVII. 30. convertimur, indicando, quomodo adversus *Celeberrimum nostrum Theologum* Dn. D. FECHTIUM surrexerit DN. HONERTUS

§. *XXXIII.* excipiens (I) qnod Vocem *salvare* Textui intulerit. Sed id quidem (a) omnis exigit *contextus*, & consentiunt (b) in eo omnes, qui verbum ὑπερϊδεῖν, per *despicere* & *cum indignatione* contemnere, vertendum volunt.

§. *XXXIV.* Dum vero excipit (II); Quod non *ad singulos*, *actu ipso*, venerit prædicatio, regerimus (a) quod sit *Judex* singulorum *Christus*. (b) Quod *singuli* sint sistendi ante Tribunal CHRISTI. Additur & denuo

§. *XXXV.* ac (c) ratio nostra; cur non ad *singulos* veniat prædicatio? Tunc

§. *XXXVI.* & (d) nexus monstratur nostræ *Obligationis* & divinæ *Oblationis*. Quod

§. *XXXVII.* ad Locum III. Rom. V. 18, adtinet. ubi DN. HONERTUS arguit, quod Theologi nostri ceu *convicti* præteriverint eundem; plenius & respondetur. Quod ibidem simul fit

§. *XXXIIX.* ad Locum (IV) Rom. XI. 32. Nes minus

§. *XXXIX.* ad Locum (V) 2. Cor. V. 15. &

§. *XL.* ad Locum (VI) 1. Tim. II. 4. Immo

§. *XLI.* illustrationis causa adjicitur, cur DN. HONERTUS hic *mortuorum* non meminerit? & refellitur simul Ejusdem Exceptio. *Quia omnes non noverimus*; & quia pro aliquibus non sit orandum. Venit ita

§. *XLII.* Locus (VII) 1. Tim. IV. 10. qui copiosius vindicatur. &

§. *XLIII.* Locus (VIII) Tit. II. 11. f. ubi (I) *Reformatorum* error de *VERBO interno* ac *externo*, item de *VOCATIONE externa* ac *interna* refutatur.

§. *XLIV.* etiam (II) D. FECHTIUS vindicatur, &

§. *XLV.* (III) DN. HONERTI exceptio; Quod multi ne *famam quidem Evangelii* audierint; denuo diluitur. Sed &

§. *XLVI.* ad *Locum* (IX) Hebr. II, 9. *universalitas mortis ac meriti CHRISTI*, fusius evincitur.

§. *XLVII.* Incipit *CLASSIS II.* DN, HONERTI, quæ complectitur ea *SCRIPTURÆ S.* testimonia, ubi salus & merita

ta CHRISTI referuntur ad *MUNDUM*, & ibi quidem I) objicit, quod Vocabulum *MUNDUS* non accipiatur pro *singulis*. Sed & docetur in contrarium, quod accipiatur pro *Impiis*, pro *singulis hominum*, non vero pro *Electis*. Id quod

§. *XLIIX.* confirmatur (II) Jo. VI. 52. Et

§. *XLIX.* ad *Locum* Rom. XI. 2. 15. Ubi simul

§. *L. Loca* Esa. XLIX. 3. & XLII. 6. scitius explicantur, ac deciditur, quod per mundum non intelligantur *GENTILES electi*. Quem in finem porro

§. *LII. Locus* Rom. IV. 13--16. illustratur, &

§. *LIII.* LIMBURGII explicatio ad Locum Jo. III. adprobatur; veluti illud

§. *LIV.* in solis ponitur disco.

§. *LV.* Succedit ita *CLASSIS III.* quæ complectitur ea *SCRIPTURÆ. S.* testimonia, ubi salus & merita CHRISTI referuntur indefinite ad *PECCATORES*. & ibi DN. HONERTUS adversus LIMBURGIUM ratiocinatur, quod sic tam *Impetratio*, quam *applicatio* Salutis ad *OMNES* referenda sit, quodque hac ratione ex Matth. X. 17. *nullum* cum hominibus instituendum sit commercium. Sed regerimus.

§. *LVI.* Quod Argumentum Limburgii (a) rejici tam leviter non possit; & quod (b) *Locus* 1. Tim. I. 15. ad *singulos* contendat Quod idem fiat (c)

§. *LVII.* Rom. III. 28. & (d) Matth. IV. 4. ut nec

§. *LVIII.* (e) *Locus* Matth. X. 17. obsit, nec (f) *Locus* Hebr. VII. 28. contra iverit.

§. *LIX.* Additur deinde *CLASSIS IV.*, quæ complectitur ea SCRIPTURÆ. S. testimonia, ubi salus & merita CHRISTI referuntur ad eos, *qui pereunt*. Ubi DN. HONERTUS non sufficit, in venditatione, quod *delectatio & complacentia* DEI *non in morte sed in salute peccatoris conspicua sit*. Siquidem ex Psalmo V. 5. longe adhuc majora fluant.

Eodem modo

§. *LX.* errat DN. HONERTUS, in explicatione *Dictorum* Jo. X. 12. 15. 18. Quia (I) CHRISTUS eas oves, quæ rapiuntur a lupo, ex iis, pro quibus animam posuit, non excluſit.

§. *LXI.*

§. *LXI.* Quia (II) raptæ a lupo oves, non sunt mercenarii.

§. *LXII.* Quia (III) electi & reprobi, qua redemptionem, nec sunt *distincta*, nec *oppositæ* subjecta.

§. *LXIII.* Similiter justam non habuit rationem Loci Rom. XIV. 15. longe minus.

§. *LXIV.* *Loci* 2. Petri II. 1. Id quod

§. *LXV.* amplius adhuc docetur. Atque

§. *LXVI.* absolvitur. Nil & ibi

§. *LXVII.* valet *Locus* Psal. LXIIX. 19. Nec

§. *LXIIX.* *emptionis* aut *Dominii* titulus; Nec

§. *LXIX.* DN. TURRETINI postulata quicquam habent.

§. *LXX.* Ratio habita est *CLASSIS Quinta*, quæ complectitur ea *SCRIPTURÆ. S.* Testimonia, quibus universalem CHRISTI interceſſionem probare Lutherani voluerunt. Ubi defenditur *Locus* Es. LIII. 16.

§. *LXXI.* *Locus* Luc. XIII. 2.

§. *LXXII.* *Locus* Luc. XXIII. 34. Qui

§. *LXXIII.* abunde illustratur. Æque ac

§. *LXXIV.* Locus Jo. XI. 41.

§. *LXXV.* examinatur. *CLASSIS VI.* DN. HONERTI, quæ complectitur ea SCRIPTURÆ. S. Testimonia, quibus *generaliter* CHRISTO *datos esse omnes*, constet. Et ibi explicatur *Locus* Jo. XVII. 2.

§. *LXXVI.* *Locus* Ps. II. 8.

§. *LXXVII.* *Locus* Jo. XVII. 12.

§. LXXIIX. Sequitur DN. HONERTI *CLASSIS VII.* quæ complectitur ea *SCRIPTURÆ S.* Testimonia, quibus *Universalem* probari posse vocationem existimant *Lutherani*. Ubi porro eliminatur Distinctio, inter *Vocationem Internam* & *externam.* &

§. LXXIX. vindicantur *Dicta* Es. XI. 9. Habac. II. 14. Zephan. III. 9.

§. LXXX. Loca. Mal. I. 11. Esa. LVI. 20. s.

§. *LXXXI.* etiam clare demonstratur, quod Ministris Ecclesiæ non tantum competat Vocatio *externa*, sed & *interna.*

Imo &

§. LXXXII.

§. LXXXII. defenditur *Locus* Luc. XV. 4.

§. LXXXIII. *Locus* Matth. XXIIX. 19. &

§. LXXXIV. denuo *Locus* Act. XVII. 30. ſ.

§. LXXXV. Locus Rom. XI. 18.

§. LXXXVI. Locus Col. I. 23. ex BULLO, in quo

§. LXXXVII. continuat.

§. LXXXIIX. adhuc Claſſis adgeſta VIII. ſiſtitur, ubi *remiſſive* agimus & *Locum* Matth. XXIIX. 19. vel tertia vice illuſtramus.

§. XXXIX. Diſſertationem abſolvit. & quidem

§. XC. memorabili Epiphonemate.



Reſponſio

Responsio ad EXCEPTIONES, quibus SUAM stabilire, NOSTRAMque SENTENTIAM debellare sategit DN. HONERTUS.

PRÆFAMEN.

HActenus conta JOANNEM *van den* HONERT *T. H. filium*, & ejus *Tractatum* de *GRATIA DEI*, non universali, sed *particulari* demonstratum est, solicite ac sobrie;

Quod *SALUS aterna* non Meritis nostris, sed *sola DEI Gratia*, per Meritum CHRISTI *acquisita*, nitatur;

Quod hæc *DEI GRATIA* ad *OMNES* omnino homines, & non solum ad *solos abs aterno ELECTOS*, referenda sit. Intervenit & *BIGA* excellentium Disputationum, quarum *prima summe Rev. Religiosissimus & Excellentissimus Theologus*, DN. HERMANNUS CHRISTOPH. ENGELCKEN, *Profess. heic P. O. & ad Ædem Joannis Pastor meritissimus, Collega Fautor & Affinis noster, ut Conjunctissimus*, ita & *Dilectissimus*, *DICAM* stitit *SOCINISMI abs Ecclesia Evangelico Lutherana, per A. C. Artic. XII, aliasque idoneas rationes, depulsam*, contra JOANNEM *van den* HONERT; Post & *duabus* vicibus sub Præsidio *VIRI maxime Rev. & Amplissimi* DN. JO. CHRIST. BURGMANNI. *Theol. atque Phil. D., hujusque P. P. O. & ad Ædem Spiritus S. Pastoris,*

famigeratissimi, *Collega nostri æstumatissimi.* de *Ambigua Reformatorum Fide* strenue disquisivit VIR Juvenis *Eruditissimus ac Præcellentissimus*, *DN.* M. CAROLUS HINRICHSEN. Nil quicquam ergo supereſſe videtur, quam ut defendamus adhuc *ARGUMENTA*, quibus *Proteſtantes*, ſuam de *GRATIA Universali*, Sententiam *ſtabilire*; *C. Reformatorum* vero opinionem de *Gratia Particulari* debellare ſatagunt; Quod quidem utile non modo, ſed & ſumme neceſſarium habemus ea propter, quia DN. HONERTUS. in *Tractatu ſuo*, *Cap. ſpeciali III.* ſub finem adjicere voluit contrarium, opinatus, ſe reſpondere potuiſſe ad *OBJECTIONES*, quibus ſuam *ſtabilire LUTHERANI*, *C. Reformatorum* vero *debellare* ſententiam ſatagant. DEUS interea, Qui novit, quo *Animo* feramur in hac Controverſia, & quod non niſi ad IPSIUS Gloriam collineent omnia noſtra religioſa facta, *SUA* Benignitate nos perficiat, ut ad ſcopum noſtrum feliciter pertingamus!

Amen!

TRACTATIO.

§. I.

OPinatur DN. *van den* HONERT, ſub Exordio *Cap. ſui III. p.* 549, quod *Deviationem* ſuam de *GRATIA DEI* non univerſali, ſed *particulari*, ex *rei Natura* atque DEI fallere neſcii *Teſtimoniis*, examinaverit, refutatisque bene multis adverſæ ſententiæ *Conſequentiis*, ſic demonſtraverit, ut *ejus Veritas*, & omnimoda cum Jure Div. Convenientia, miſſo omni dubio, ipſi certo certius conſtet; Sed *NOBIS* tamen, in iis ſingulis, quæ *vidimus* & *refutavimus*, ne *momentum* quidem ob oculos venit, quo certitudine *firmiori* ac *vere indubia* conſtaret, quod venditare voluit; qui potius & ex adverſo luculenter deprehendimus, quod *errore inſigniori* & ſic dicti *PARTICULARISMI* abripiatur, atque propterea quidem omnem noſtram collocavimus ſolertiorem operam in eo, ut *VIRUM Hunc*, cui Eruditionis laudem non diſpu-

disputamus, *tricis* quoque his *maxime noxiis & animæ perditionem* adferentibus, sincerius & secundum *SCRIPTURAS* solidius exsolveremus.

§. II.

In hoc etiam innocenti proposito, nunc quoque *continuatis* laboribus progredimur, & cum DN. HONERTUS opinatur, restare, ut *ARGUMENTA*, quibus *LUTHERANI* suam (rei caput, *UNIVERSALISMUM*, quod attinet) *Doctrinam* defendere studeant, æqua rationis lance ponderet, &, quid rei sit, reverenter, nec minus libere dicat. Hinc nostrarum partium id quoque fuit, ut advigilaremus *VERITATI Revelatæ*, ejusdemque jura sarta atque tecta defenderemus adstrueremusque *Omnis etenim apud nos sive nova, sive vetus SCRIPTURA, NUMINIS Divini Adflatu prodiit, & idonea est, ad erudiendum, sub ea Forma specieque Verborum, qua concepta est. ATHANASIUS.* in *Epist. ad Marcellinum. de Interpretatione PSALMORUM. Tom III. fol.* 581. Divinus ergo hic *Scripturarum* Sermo; *Sicut Mysteriis, prudentes exercet, sic plerumque superficie simplices refovet. Habet in publico, unde parvulos nutriat, servat in secreto, unde mentes sublimium in admiratione suspendat. Quasi quidam quippe est fluvius (ut ita dixerim) planus & altus: In quo & Agnus ambulet, & Elephas natet.* GREGORIUS M. in *Epist. ad* LEANDRUM. *super Lib. Job. Tom. I. Cap.* 4.

§. III.

Propius ita ad rem ipsam venientes, observandum ducimus, quod in *SEPTEM Classes* dispescere voluerit Tractationis suæ molem DN. HONERTUS, Quarum

I. complectatur ea S. SCRIPTURÆ Testimonia, ubi *Salus & Merita* CHRISTI referuntur ad *OMNES.*

II. Complectatur ea S. SCRIPTURÆ Testimonia, ubi *Salus & Merita* CHRISTI referuntur ad *MUNDUM.*

III. Complectatur ea, S. SCRIPTURÆ Testimonia, ubi *Salus & Merita* CHRISTI referuntur *indefinite* ad *PECCATORES.*

IV. Complectatur ea S. SCRIPTURÆ Testimonia, ubi

Salus & *Merita* CHRISTI ex Hypotheſi Lutheranorum, referuntur ad *EOS*, *qui pereunt.*

V. Complectatur ea S. SCRIPTURÆ Teſtimonia, quibus *Univerſalem* CHRISTI *Interceſſionem* probare Lutherani tentant.

VI. Complectatur ea S. SCRIPTURÆ Teſtimonia, quibus in *Diſſert. Hiſt. Theol.* de *Form. Conſenſ. Helv. Cap. III. Obſerv. IX.* Probare conatur D. PFAFFIUS, Chriſto *generaliter datos eſſe Omnes.*

VII. Complectatur ea S. SCRIPTURÆ Teſtimonia, quibus *Univerſalem* probari poſſe *VOCATIONEM* exiſtimant Lutherani; Hinc & veſtigia illius nobis ſunt conſectanda, ut appareat omnibus, Quis noſtri S. SCRIPTURAM fideliter & ſine fuco ac dolo ſit ſequutus.

§. IV.

Quod igitur attinet ad *CLASSEM Imam*, tunc placuit DN. HONERTO, ut præmitteret, *generalem* ad exhibita Biblica Dicta, C. Reformatorum *Reſponſionem*; Deinde vero etiam adverſus ipſa inſurgeret *DICTA.*

Generalem ergo *Reſponſionem* C. Reformatorum exhibiturus, ſequentibus momentis utitur.

I. Quia BEZA ad *Matth. IV. 23. aliaque N. Teſt. Loca*, maxime vero *ad 1. Tim. II. 4*, docuerit Vocabulum *OMNIS* non ſemper notare *ſingula generum*, ſed aliquoties *genera ſingulorum*, ita, ut *indefinite quosvis*, non autem *univerſaliter OMNES* ſignificet, in quo conſenſerint DESIDERIUS ERASMUS, JOACHIMUS CAMERARIUS & LUDOVICUS WOLZOGENIUS. In qua etiam ſibi viſa indubitata Veritate, latibula quærere voluerint *Sociniani.*

§. V.

Verum reſpondemus

a) Tantam *ſemper Potentiam VERITAS habuit, ut nullis machinis aut cujusquam hominis Ingenio, aut Arte ſubverti potuerit. Et licet in cauſis nullum Patronum aut defenſorem obtineat, tamen per ſe, ipſa defenditur.* Quid ergo opus erat

b) ut

b) ut congregarentur Loca a VIRO, qui nosse poterat, *DOCTRINAS Lutheranorum*, ut tunc ex *distincta* earundem Tractatione, occasionem sortiri debuisset suæ *Objectionis*. Suffecisset certe vel unus *Doctor* SALOMO GLASSIUS. In *Philologiâ S.*, ubi in *Rhetorica S. Cap. XIV.* de *SYNECDOCHE Generis* egregie deduxit; Quod *particula: OMNIS* de *Majori parte sæpius dicatur*; Quod *UNIVERSALIS affirmativa* quandoque intelligenda sit, *non* de *omnibus* individuis, *sed* de *quibuslibet* Speciebus; Quod *UNIVERSALIS negativa* itidem quandoque restringenda sit, & *particulariter* neget. Quibus & addidit, quod *NOMINA latiora* pro augustioribus, *universalia* pro specialioribus usurpentur; Cui conforme habuit, quando *NOMEN Commune* pro proprio per excellentiam ponitur, *pluralis numerus* pro singulari valet, & Verba quædam generalia pro specialibus accipiuntur. Ex his ergo illustrare potuisset *Loca*: Gen. VII. 13. f. Joel. II. 28. Matth. IV. 23. IX. 35. Luc. XI. 42. Act. X. 11. f. 1. Cor. X. 33. 1. Tim. II. 8. Hebr. XIII. 4. Joh. IV. 19. ff. quibus &, concedente LIMBURGIO, addi possent Jo. III. 26. Marc. I. 5. 33, & consentiente DN. HONERTO Loca Jo. X. 8, 1. Cor. VI. 12. X. 23. 1. Cor. VIII. 1. 7. 2. Cor. V. 17.

§. VI.

In his enim facile consentiemus, modo monuerimus

c) quod *RESTRICTIO Universalis Particula, non pro arbitrio, sed ex accurata Textus consideratione instituenda sit.* Videatur GLASSIUS *l. c.* Hinc &

d) *DICTA ea*, quæ Ephes. I. 3. & 8. leguntur: *Benedictus esto* DEUS & PATER Domini nostri JESU CHRISTI, *Qui benedixit nobis OMNI Benedictione Spirituali in Cœlis in* CHRISTO - - *GRATIA*, qua *exundavit in nos OMNI Sapientia & Prudentia*. Restrictionem talem non patiuntur, sed cum Textus ipsam restrictionem attulerit, ut intelligi debeant *vere in* CHRISTUM *Credentes*, tunc & his, per Media Salutifera ad *Regenerationem*, *Justificationem* & *Unionem mysticam* traductis, *Benedixit OMNI simpliciter Benedictione spirituali & exundavit in eosdem OMNI Sapientia & Prudentia Gratia Ejus.*

§. VII.

Hæc cum hactenus usque §. IV. sed ut vidimus, frustra tentaverat DN. HONERTUS; ita quoque firmiter adhuc persvademur, quod in adjectis reliquis & adversus LIMBURGIUM directis, supersint multa, quæ explicatione ac diludatione nostra etiam indigent; Quamvis & LIMBURGIUM defendere non habeamus, nihilominus cum *Lutherani* per latus fodiantur, aliquorum minimum rationem ut habeamus, sontica nobis est causa; Quando igitur

I. ad exceptionem LIMBURGII; Nullum puta *fore penitus hominum genus, ex quo non sint ALIQVI, quin pro iis* CHRISTUS *sit mortuus, quod tamen constare non possit, si* CHRISTUS *non pro omnibus ac singulis mortuus esset*: Respondet HONERTUS, quod id constet ex variis S. SCRIPTURÆ *Testimoniis*, & ejus rei causa adducit loca *Apoc. V. 9. & Cap. VII. 9.* tunc dispiciendum est, quali robore adlata sint hæc Testimonia?

§. VIII.

Respondemus ergo, quod attinet ad Locum Apoc. V. 9.

a) Es mögte aber jemand einwerffen und sagen: Solcher „Gestalt muste Christus nicht alle und jede Menschen mit Seinem Blute erkauffet und erlöset haben, weil allhier die Heiligen bekennen, daß er Sie aus allerley Heyden und Völckern „erkaufft, und daraus gleichsam genommen habe. Darauff ist zu „wissen; daß die Erkauffung oder Erlösung, die durch Christum „geschehen, auff zweyerley Arth in der Schrifft genommen „werde: Als bisweilen wird dadurch verstanden *Acquisitio* die „Allgemeine Erlösung des menschlichen Geschlechts an sich „selbst, wie dieselbe im andern Artickel des Apostolischen Glaubens betrachtet wird. Da hat Christus alle Menschen erlöset, „wie sie alle in Adam gesündiget haben, Rom. V. 18. Er hat „Sich gegeben für alle zur Erlösung. 1. Tim. II. 6. Er ist für „alle gestorben, 2. Cor. V. 14. 15. Auch für die so verdammet „werden, Rom. XIV. 15. 1. Cor. VIII. 11. Hebr. VI. 4. seqq. „Cap. X. 29. Er hat auch die erkaufft, die Ihn verleugnen, „und verdammt werden, 2. Petr. II. 1. Bisweilen aber wird „durch die Erlösung oder Erkauffung zugleich mit angedeutet

Applica-

Applicatio & *Fruitio* die Zueignung und Genieſſung der allge-
meinen Erlöſung, wie es allhier, und Cap. XIV. 3. 4. gebraucht
wird, und dadurch verſtanden die Vergebung der Sünden, Eph.
I. 7. Coloſſ. 14. Da der Apoſtel ſaget: Jn Chriſto haben wir
die Erlöſung durch ſein Blut, nemlich die Vergebung der
Sünden. Oder es wird auch verſtanden die völlige Erlöſung
von allen Ubel, nemlich die Herrlichmachung, Rom. VIII. 23.
1. Cor. I. 30. Epheſ. IV. 30. wie alſo auch andere dergleichen
Wercke, als Rechtfertigung, Heiligung, Beruffung ꝛc. auff
ſolche unterſchiedene Art, nemlich nach der allgemeinen Erwer-
bung und ſonderbaren Zueignung, gebrauchet werden. Alſo
gehöret die Erkauffung zu den dritten Artickel und wird *particu-*
lar, und geſchiehet allein den Gläubigen, die das theure Löſe-
Geld im Glauben annehmen, ſich ſolcher Bezahlung tröſten, und
alſo derſelben Krafft und Frucht genieſſen und theilhafftig wer-
den, ꝛc. Vid. D. J. A. LUCII *Sexageſ. nona Concio. ad H. L. p. 415.*

§. IX.

Hac ergo ratione clarum id eſt,

b) quod *emerit nos* AGNUS *Suo Sanguine.* Eo enim fine, DEO Trinuno, tanquam juſto peccatorum Vindice, ſic volente, & aliis modis non reconciliabili, ſuum profudit Sanguinem, ut liberemur e poteſtate ſathanæ a DEO, Pœnam & Satisfactionem acceptante, & ut redderemur per *Juſtificationem*, *Adoptionem*, *Salvationem*, DEI peculium. Conferatur, poſt CHYTRÆUM, GERHARDUM, WINCKELMANNUM & Innumeros, *Dn.* DAN. SEVER. SCULTETUS. in *Paraphraſi continua. ad l. c.*

§. X.

Eadem reſpondemus

c) ad Locum Apoc. VII. 9. FILIUS enim DEI & AGNUS Ille ſecundum Humanam Naturam, nos *non corruptibilibus*, *argento & auro liberavit*, ſed *pretioſo ſuo Sanguine.* 1. Petr. I. 18. ſ. atque hoc beneficium in toto Mundo per Apoſtolos prædicari voluit, ut, quotquot ex omnibus Gentibus, ex omni Tribu, lingua, populo & Natione in Ipſum credimus, Ipſius ſimus, quos tandem ex omnibus malis redemtos glorificabit.

ficabit. Summam enim Dignitatem & Gloriam nobis impetravit, quam nobis credentibus impertit, quod fecit nos Reges & Sacerdotes DEO noſtro, ut regnaturi ſimus ſuper terram. Quis tantum Beneficium tantamque Dignitatem ſatis prædicare poteſt? Quis non merito AGNUM celebret, ſumma reverentia, quemadmodum 24. Seniores procidunt hic ante Sedentem in Throno, & projectis Coronis adorant Viventem in Secula. Videatur J. WINCKELMANNUS. in *Comment. ad l. c.*

§. XI.

Quando porro &

II. ad exceptionem LIMBURGII; quod puta *inter omnia hominum Genera ſint etiam impii & impœnitentes ad mortem usque*; Si ergo pro quibusdam talium etiam CHRISTUS mortuus ſit, per conſequens quidam etiam juxta ipſorum ſententiam ſalventur. Id quidem abſurdum ſit; Reſpondet DN. HONERTUS Impios ac impœnitentes ad mortem usque eſſe vel *tales*, qui impie ſine Pœnitentia moriuntur; vel *tales*, qui ad mortem usque impie quidem ac impœnitentes vixerunt, ſed tamen, *undecima hora* vocati ad DEUM, Matth. XX. 1-16. Qui *dat Pœnitentiam ad Vitam.* Act. XI. 18. humiles veniunt atque Salute æterna beantur, & pro his CHriſtum mortuum eſſe ex *Actor. IV.* 12. profitetur, pro illis autem mortuum eſſe CHRISTUM, nullis omnino argumentis perſvaderi voluit. Tunc reſpondemus

a) *LOCUS.* Matth. XX. a v. 1. -- usque ad 16. non agit de iis, qui *vocati ſunt ad Salutem*, ſed de iis potius, qui *vocaverunt eosdem ad Salutem*; Parabola ſiquidem Evangelica docet, Convivas, quos Rex ad Filii ſui Nuptias convenire volebat, per emiſſos Ipſius Miniſtros invitatos & vocatos eſſe. Et ſane Dominus in Vineam ſuam vocat, alios quidem hora prima, alios tertia, ſexta, nona vel etiam undecima hora. Videantur *LL. SS. p.* 404. addatur D. J. G. DORSCHEUS. in *Diſſertatione*, ſub rubro: *Denarius veſpertinus ſeu ſcopus Parabolæ de Operariis in Vinea.*

§. XII.

§. XII.

Et eandem illam noſtram ſententiam

(b) amplexus eſt *JOANNES HENRICUS SCHRAMMIUS*, *Prof. Theol. Reformatus Marpurgenſis*, ſingulari *Diſſertatione*, Anno MDCCXXII. habita, in qua totam parabolam refert ad *Vocationem MINISTRORUM Evangelii*, ad Opus Domini in Eccleſia Novi Teſtamenti, ita ut per *Dominum*, DEUS Pater, per ἐπίτροπον JEſus CHriſtus, per ἐργάτας Doctores Eccleſiæ, per horas autem certæ periodi Novi Teſtamenti, quas DEUS in conducendis Miniſtris Novi Teſtamenti obſervaverit, innuantur. Vide cœtera, quæ huc pertinent, atque adeo totam Diſſertationis ſummam in *Bibliotheca Bremenſi. Claſſe V. pag. 688. ſqq.* Cum hoc etiam *ex parte*, conſentit, in nonnullis vero ab eodem recedit *Theodorus* HASÆUS. Ibid. *p. 692. ſqq.* quo judice deſcribitur hic Vocatio ad communionem Regni Chriſti externam, factam diverſis temporibus, circa diverſas gentes, Judæos præſertim & Gentiles, cum indicio diverſæ mercedis, qua utrique mactabantur; Videatur *Summe Reverendus Theol. Hamburg.* JO. CHRIST. WOLFIUS. *in Curis Philol. & Critic. ad l. cit.*

§. XIII.

Sed & ducimus

c) non dimittendum, quod DN. HONERTUS receperit ſe ad *Act. XI. v. 18.* Nil vero ibi, ex Intentione SPIRITUS S., aliud dicitur, quam quod primi naſcentis Eccleſiæ Chriſtiani, nondum *certi* fuerint de *Gentibus*, ad Doctrinam Salutarem, præconio Verbi perducendis; Quod ipſum PETRUM quoque, ſingulari Revelatione hic iterum commemorata, edoceri oportebat. Scilicet placuit DEO Veritatem hanc procedente tempore, &, ubi circumſtantiæ rerum id requirerent, ſuorum animis patefacere, ſecundum Pauli effatum; ἑκάστῳ δὲ δίδοται ἡ φανέρωσις τοῦ πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον I. Cor. XII. 7. Quemadmodum vero *particularis* & ad aliquos reſtricta redemtio non datur, id quod jam ex parte abſolvimus, & nunc itidem plenius evolvemus; Ita

quoque manet inter nos eadem Divina Veritas, & *si æternam Electionem utiliter considerare voluerimus, firmissime & constanter illud retinendum est: Quod non tantum Prædicatio Pœnitentiæ, verum etiam Promissio Evangelii sit universalis, hoc est, ad omnes homines pertineat. Eam ob causam CHristus jussit prædicari in Nomine Suo Pœnitentiam & Remissionem Peccatorum in omnes Gentes, &c.* Videantur. *LL. SS. l. c.*

§. XIV.

Quando

III. ad Exceptionem LIMBURGII, quod secundum hanc expositionem, *possit multo justius dici de omnibus, CHristum non esse mortuum pro ipsis, aut potius pro nullis esse mortuum, quia in omnibus statibus secundum C. Reformatos, multo plures sunt, pro quibus CHristus mortuus non est, atque hac ratione omnes, id est quivis homines, e Mortis CHristi Beneficiis excluſi dicendi sint*; Respondet DN. HONERTUS, quod non soleat *anxie examinare, secundum C. Reformatorum aliorumque sententias, quid dicere vel potuisset DEUS, vel debuisset, sed DEO longe Sapientissimo Sui Sermonis curam usumque relinquat, & non, quid dici debuisset, vel potuisset, sed quid dictum revera sit, quærendum existimet*; tunc regerimus

a) Nos id pervidere non potuisse, quomodo LIMBURGII Argumentum ex Dicto Genes. VII. 13. s. *Risum movere posset admodum multis.* Sensus enim αὐτοφυῆς, *nativus, violento & artificioso oppositus, inoccupatus, qui primo conceptu ante omnem occupationem, etiam simplicioribus ἐνδέτοις ante mota Controversiarum dispendia in Mentem venit, semper certior est artificioso, ac ceteris paribus genuinus verissimeque a Spiritu S. intentus.* Videatur. D. J. C. DANNHAUERUS. in *Hermen. Sac. pag.* 394.

§. XV.

Ex Contextu etenim

b) *maxime propinquo, nonsolum de Sensu ipsius Dicti, sed etiam de singularum Vocum ac Phrasium significatione, judicium prudenter ferendum est: Neque ulla admittenda est explicatio, cui orationis series ac cohærentia contradicat. Non enim decet Interpretem*

terpretem, de Sensu Verborum aliquid temere pronunciare, nondum inspectis eis, quæ antecedunt aut sequuntur; Multominhs mutilare Dicta, & extra suum Contextum rapere; conferantur M. J. J. RAMBACHII. *Instit. Hcrm. SS. Lib. II. Cap. V. §. IX*, ubi in *NOTIS p.* 215. laudat exemplum *Celeberrimi* WOLFFGANGI FRANZII, qui in Argumento *Tractatus de Interpretatione p.* 4. Vere, inquit, illud affirmo, *me in Prælectionibus & in excusis Disputationibus, ne unum quidem unquam allegasse, ex tanto numero, Scripturæ Dictum, cujus Sedem, & cum proxime antecedentibus & consequentibus Testimoniis connexionem, non de novo ante collectionem & conscriptionem inspexerim probaverimque.*

§. XVI.

Quando

IV. ad Exceptionem LIMBURGII; Quod vox: *OMNIS, quando sumitur de specie specialissima, non possit denotare genera singulorum; Sed solummodo, quando dicitur de re, cujus diversæ sunt species*; respondet DN. HONERTUS & ibidem arguit, quod *HOMO sit genus admodum extensum atque in species bene multas divisum*; Tunc regerimus

a) quod Ipsi Philosophandi rationem, eandemque hanc suam, defendendam relinquamus; &

b) satis id habeamus, quod in egregio illo loco *Matth. IV*, 23. *ff.* conf. *Marc. I.* 32., utique agatur de *omnis generis* morbis; Per ipsum contextum in collatione tamen, *Esa. LIII.* 4. id clarum sit, ut postea plenius explicabimus, quod puta, CHRISTUS Solus sit *AGNUS DEI, Qui tollit peccata Mundi, & quod DEUS omnium nostrûm peccata in Ipsum posuerit. De hoc etiam Articulo cedere, aut aliquid contra illum largiri aut permittere nemo piorum potest, etiamsi Cœlum & Terra ac omnia corruant; Non enim est aliud Nomen hominibus datum, per quod salvari possimus (inquit Petrus Act. IV.* 12.) *& per vulnera Ejus sanati sumus, Esa. LIII.* 5., *& in hoc Articulo sita sunt & consistunt omnia, quæ contra Papam, diabolum & universum mundum in vita nostra docemus, testamur & agimus. Quare oportet nos de hac Doctrina esse certos & minime dubitare, alioquin actum est prorsus & Papa & diabolus &*

omnia adversa jus & victoriam contra nos obtinent. Videantur *LL. SS. pag. 304. f.*

§. XVII.

Fallunt & falluntur proinde *CALVINO-REFORMATI*, c) qui *DICTA SCRIPTURÆ*, quibus Gratia Divina ad *OMNES* & *SINGULOS* homines extenditur, ita interpretantur, ut Phrasi πάντων Ἀνθρώπων non omnes & singulos homines, sed *omnium tantum ordinum homines* intelligant. Etenim universalitatis Particulam: *OMNE*, in Sacris passim idem quod *omnis generis* valere autumant. Huc accommodant illustrandi gratia, quod MATTHÆUS in præsenti Capite dicat, *CHristum sanasse* πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, ubi intelligantur morborum non *omnia Individua aut Species individuæ*, sed *omnia genera*; Haud enim sanavit CHristus omnes per universam *Galilæam* ægrotos: Certe! *Nazarethæ paucos* sanitati restituit, quia Ipsi non volupe erat, ibi multa miracula patrare, sanando scilicet male affectos, sicut *Capernaumi*, teste Marco VI. 5. Luc. IV. 13. ff. In quo BEZA & PISCATOR, qui hic infelices operas jungunt, peccant elencho parium & παρὰ τὸ ἐπόμενον.

§. XII.

Non sequitur enim;

d) Vox πᾶσα in *præsenti* loco; ubi Matthæus refert, CHRISTUM sanasse πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, designat *non omnia Individua*, non *omnes species individuas*, sed *omnia genera*, quemadmodum & in Locis istis a PISCATORE παραλλήλως attextis, Luc. XI. 42. & Act. VII. 22.: Ergo vox πάντων non est *simpliciter universalis* aut de *omnibus & singulis hominibus* intelligenda, sed saltem de *omnis generis* hominibus explicanda, in Loco 1. Tim. II. 4. cœterisque Scripturæ Locis, quæ a Theologis Orthodoxis allegantur ad adstruendam & confirmandam *Universalem* DEI Gratiam, seu Divinæ Gratiæ amplitudinem, & universalitatem. Etenim *disparitas*, quæ est inter præsentem locum Matthæi, cum annexis a *PISCATORE*

TORE locis, & locum 1. Tim. II. 4. ceteraque hujus generis loca sacra facile pateſcit, ex ſingulorum Locorum *circumſtantiis & integro Contextu.* Quod vox : πάντων non in allegato illo PAULI Dicto, ſicut in præſenti loco apud MATTHÆUM, ad omnia duntaxat genera ſit reſtringenda, ſed ſenſu *maxime generali*, de *OMNIBUS & SINGULIS INDIVIDUIS* capienda, quod evincitur ex antecedentibus & conſequentibus, ſolidisque Argumentis, quæ *APOSTOLUS* ipſe in citato capite ſuppeditat.

§. XIX.

Enim vero

e) *OMNES Homines*, pro quibus orandum eſt v. 1. 2. 3. *vult DEUS ſalvari*: Atqui orandum eſt non tantum pro Hominibus *omnium ordinum*, aut pro *paucis*, ſed pro *OMNIBUS ſimpliciter*, docente id PAULO ibidem v. 1.; Quod non orandum ſit pro *ſolis Electis*, extra dubitationis aleam ponit pagina Sacra Matth. V. 44. Luc. XXIII. 34. Ergo DEUS homines *OMNES* ſimpliciter & *SINGULOS* ſalvos cupit. Certum quidem eſt, quod urget PISCATOR, ſubjungi ab Apoſtolo *Diſtributionem* in certos ordines, quippe *REGES* ſeu Principes & *Plebejos*, *Senes* & *Juvenes*, *Doctos* & *Indoctos*. Sed diſtributio illa in certos ordines, nihil *Univerſalitati* Aſſertionis Apoſtolicæ derogat: Nam ante diſtributionem illam ponit Paulus *univerſalem Theſin*, diſertam faciens *OMNIUM* hominum mentionem v. 1. Mens Apoſtoli eſt, pro *OMNIBUS* quidem & ſingulis hominibus orandum eſſe; Sed maxime & inprimis ſupplicandum eſſe DEO pro HIS, qui ad ſublimia evecti ſunt Officia, idque publicæ tranquillitatis cauſa.

§. XX.

Et ſane,

f) niſi vox: πάντων illic loci, ſenſu capiatur *ſimpliciter & abſolute UNIVERSALI*, irrita plane erit Paræneſis Apoſtolica, qua urgetur ſupplicatio pro *omnibus* in eminentia conſtitutis, & minus firmo talo ſtabit precator. Si namque DEUS vult ſalvari *paucos* homines, dubitabit, qui precatur,

an pro hoc vel illo orandum sit Magistratu; Quum certo ipsi constare nequeat, an Magistratus hic vel ille accensendus sit illis, quos salvos cupit DEUS. Porro, tot Hominum salutem expetit DEUS, quot Hominum *MEDIATOR* est CHRISTUS v. 5. At CHRISTUS Se Se ἀντίλυτρον *Dedit pro OMNIBUS*, v. 6. quod intelligendum est de *singulis & simpliciter OMNIBUS hominibus*, interprete JOANNE 1. Jo. II. 2. his Verbis: *IPSE est Propitiatio pro peccatis nostris, nec pro peccatis nostris solum, sed etiam pro totius mundi peccatis.* Notandum est, quod hic non *MUNDI* simpliciter sed *TOTIUS MUNDI* mentio fiat; Et quod ratio adversativa (*SED ETIAM TOTIUS MUNDI*) Auxesin in se habeat ad exaggerandam & confirmandam Meriti CHRISTI *simplicem Universalitatem.* Proinde Voluntas quoque & Gratia DEI se diffundit ad *OMNES* omnino & singulos homines salvandos. Perstat inconcussus locus Paulinus 1. Tim. II. 4. contra impetum ac violentum interpretamentum BEZÆ & PISCATORIS. Ex nostris allatis evidentissime patet, Vocabulum πανσὸς non apud PAULUM in angustiam *generum* saltem *omnium* compingendum esse, sicut hic apud MATTHÆUM, qui dicit Dominum sanasse πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν. Hæc cum exacte quadrent ad ea, quæ DN. HONERTUS excipere voluit, adscribere voluimus ex D. P. P. WINSTRUPII, *Episcopi Scaniæ, PANDECTIS sacris. ad l. c. pag. 629. ff.*

§. XXI.

Quando

V.) ad exceptionem LIMBURGII; *Quod circumstantiæ quorundam locorum, aliquando vocis: OMNIS restrictionem ac limitationem quandam requirant, ut* Joel. II. 28. *manifestum sit, restringi ad fideles:* Hebr. XIII. 4. *manifeste respiciantur conjuges:* 1. Cor. X. 33. *clarum sit, tantum respici eos, quibuscum* PAULUS *versatus fuerat. In Locis autem, in quibus* CHRISTUS *pro OMNIBUS dicitur mortuus, nulla occurrant circumstantiæ, quæ ejusmodi restrictionem requirant; Immo in quibusdam reperiantur circumstantiæ, quæ omnem restrictionem manifestissime excludant:*

respon-

respondet DN. HONERTUS, quod, ut falsi convincat hoc ipsum, singuia a LIMBURGIO, aliisque proposita Loca sit examinaturus, & demonstraturus in iis, vel *aque fortia*, vel *fortiora*, quam in Joel. II. 28. Hebr. XIII 4. 1. Cor. X: 33. Argumenta esse, quibus *Vocis OMNIS*, ad subjectam materiam restrictio evincatur. Tunc & incipit *CLASSIS PRIMA*, quæ complectitur ea S. Scripturæ testimonia, ubi *salus & merita* CHRISTI referuntur ad *OMNES*.

§. XXII.

In hac *CLASSE PRIMA* phalangem ducit Locus vere nobis aureus Es. LIII. 6. JEHOVAH *in EUM incurrere fecit iniquitatem OMNIUM Nostrûm.* Quando igitur

I. ad Explicationem LIMBURGII; Universalitatem Meriti CHristi puta, *heic loci adstructam esse*, siquidem *in initio versus dicatur OMNES NOS, quasi oves, erravimus, qua de OMNIBUS, nemine excepto, intelligenda esse, ipsi CALVINO-REFORMATI fateantur*; Hinc & *manifestum esse, vocem OMNES in posteriore versus parte, immediate cum priore connexa, eodem significatu esse accipiendam.* Respondere vult DN. HONERTUS; Tunc ordinis ac majoris Illustrationis causa, *Logica* expressiori forma, hoc stadium est decurrendum. Hypothesis igitur exhibita DN. HONERTI sequens est: *In prima hujus versus periodo, non OMNES omnino homines, sed soli fideles intelliguntur. RATIO* adjicitur hæcce: *Prima*, videlicet: *Quia non de PRÆSENTI, sed de PRÆTERITO errore agant*, ad indicandum, se loqui, non de *OMNI in genere errore*, sed de *eo præcise*, a quo in *rectam conversi viam erant.* Non enim dicere eosdem: *erramus, sed erravimus*, ad indicandum, hunc non *naturalium*, sed *conversorum* solummodo hominum sermonem esse; Quibus quidem, & non aliis verbis, dixerit PETRUS. 1. Epist. Cap. II. 25. *ERATIS velut oves errantes &c.*

§. XXIII.

Verum miramur hic

a) quenquam Hebrææ aut Græcæ Linguæ peritum, hoc *Medio* termino uti potuisse, cui constitit citra dubium, quod

quod Hebræi non habeant nisi *PRÆTERITUM*, ut Verbum præteriti Temporis, quandoque pro *plusquamperfecto*, quandoque pro *præsenti*, quandoque etiam pro *futuro* usurpetur. Videatur GLASSIUS. *l. c. p.* 879. *ff.* Unde igitur probabit solide ratiocinaturus DN. HONERTUS, quod in prima hujus versus periodo *non* de præsenti, sed de *præterito* errore agatur; certe ex contextu hic quoque decidendum esse, omnes eruditi norunt. Conf. *CELEBERRIMUS* olim J. A. DANZIUS. in *Interprete Hebræo-Chaldæo*, §. *LXIIX. p.* 349. & §. *CCXI. p.* 349. *f.*

§. XXIV.

Exhibet proinde secundum Contextum

b) hic Versus *OMNIUM hominum miseriam* & recte commentatus est M. FRIDER. GRUNACK. in *Passionalibus* „CHRISTI *V. T. pag.* 207. כלנו omnes nos: Proprie *UNI-* „*VERSITAS nostra* (כל enim in Hebr. Chal. Syr. Arab. Sub- „stantivum est.) Propheta loquitur in *prima* Persona, adeo- „que SE non excludit, qui scit, se æque ovem errantem, uti „alii sunt. Respicit autem vocula OMNES, non tantum ad „fratres suos, secundum errorem sc., ad JUDÆOS, ut pu- „tavit WALLÆUS, sed ad OMNES homines. WELLE- „RUS, inquit, h. l. vocibus hisce UNIVERSALITAS *nostra*, „in unum quasi fasciculum integrum genus humanum colli- „git, nemine excepto, præter CHRISTUM. Et facit hoc, „ut Remedii svavitatem, & necessitatem nobis magis ma- „gisque commendet. Et recte, hos enim sub his vocibus „intelligit, *quorum peccata* CHRISTUS *in Se susceperit*, *v.* 5. & „*propter quos vulneratus & passus est. Conf. Joann.* 1, 29. 1. *Tim.* 2, „6. 1. *Jo.* 2, 1. 2. Ergo sub his omnibus *nos* OMNES sc., non „tantum *Judæos* sed OMNES *in universum homines* intelligit &c. &c. Hinc & *p.* 212. DOCTRINAM sequentem III. submisit: CHRISTUS *pro* OMNIBUS *hominibus*, & *non pro quibusdam mortuus*, *omniumque peccata expiavit.* (1) probatur hoc ex DICTIS, *qua extendunt Meritum & Mortem Satisfactoriam Christi ad* OMNES *homines*, ubi nostrum est, quando SPIRITUS S. inquit, non quidam, sed OMNES *nos*, *ut oves erravi-*

mus

mus &c. conf. 2. Cor. 5, 14. 15. Hebr. 2, 9. 1. Timoth. 2, 6. (2) Ex *DICTIS*, quæ *Meritum & passionem* CHRISTI *extendunt ad TOTUM Mundum*. Jo. 1, 29. *Ecce* AGNUS DEI, &c. Conf. 1. Jo. 2, 12. & (3) ex *DICTIS*, quæ extendunt CHRISTI Meritum & Passionem *ad ipsos etiam reprobos, sua culpa pereuntes*, Rom. 14, 15. 1. Cor. 8, 11. 2. Petr. 2, 1. quod notandum contra *Illos*, qui negant ex *Reformatis* Universalitatem Meriti CHRISTI.

§. XXV.

Sed & videnda est *RATIO secunda*: Quia *in utroque hujus commatis membro, vox OMNIS non solitarie ac seorsim ab omni limitatione, sed contra conjuncta cum voce*: *NOS & NOSTRUM concurrit*, hoc modo: *OMNES NOS*, ut ovis, (vel collective ut oves) *erravimus*, *QVISQVE in viam suam* | *NOS convertimus* & JEHOVA *fecit in Eum incurrere iniquitatem omnium nostrûm*. Cujus & rei causa adscisit JACOBUM TRIGLANDIUM, ac idem judicium statuit de Locis Rom. VIII. 32. & 2. Petr. III. 9. Verum respondemus

a) per Vocabulum: *OVES*; quod declarationis causa tantum additur, non describitur *Subjectum*, per duplex Paschta distinctum, sed prædicatum *erravimus*, hinc etiam ita Verba cohærent: *Omnes nos erravimus, & quidem sicut oves*. Adeoque non *ELECTI* solum intelliguntur (sequeretur enim alias, *solos Electos errasse*), sed & *reprobi*. Nec semper in Scriptura ovium nomine designantur fideles & Electi, sed ibi, ubi sit oppositio hædorum & ovium, vel alia manifesta determatio additur.

§. XXVI.

b) Frequens est in Scripturis, nos conferri *ovibus*, ante Conversionem quidem ovibus *errantibus* Psal. XIX. 176. Ezech. XXXIV. 5. Luc. XV. 4. Post Conversionem vero Ovibus *vocem Pastoris Sui audientibus*. Jo. X. 4. & 27. Et quidem pulcherrime conditio nostra, ante nostram ad CHristum Conversionem, describitur hac ovium similitudine. Ovis est animal *stolidum*: Sic ante Conversionem destituti

ſumus vera Sapientia, quæ in ſalvifica DEI Cognitione conſiſtit. Oves *variis morbis ſunt obnoxiæ*, & ut Naturæ Conſulti volunt, tot malis, quot homines: Sic ante Converſionem ſpiritualiter ægrotamus ac ſanatione animæ indigemus. Oves errantes *deſtituuntur Paſtore*, & a Grege ſeparantur: Sic ante Converſionem a CHriſto & Cœtu Sanctorum ſumus ſeparati. Nihil miſerius perdita ovicula, cui *in faucibus lupi* pereundum, niſi a Paſtore quæſita gregi reſtitueretur: Sic omnes infernalis lupi præda, niſi CHriſtus verus Paſtor nos quæreret & ad gregem ſuum adduceret. Oves errantes tandem *ſalutaribus paſcuis* deſtituuntur, & fame pereundum eſſet, niſi Chriſtus ad ſalutaria Evangelii Paſcua nos deduceret. Verba hæc autem noſtra repetit Petrus in 1. Ep. 2, 28. & quidem ita: ἦτε γὰρ ὡς πρόβατα πλανώμενα, ἀλλ' &c. ubi habet Verbum πλανάομαι, quod æque ſignificat ut Radix תעה erravit via & erravit corde.

§. XXVII.

Accedit

c) expreſſiva illa deſignatio: *UNUSQVISQVE in viam ſuam declinavimus*, ſine diſcrimine *Gentis*, *loci*, *ætatis & conditionis*, (nemo excipitur, niſi CHRISTUS) *in viam ſuam declinavit* h. e. a ratione vivendi, quam DEUS præſcripſit in Verbo ſuo, declinavit primo in Adamo per lapſum, & poſtea quivis in propria perſona committendo malum & omittendo bonum. Hinc & *irruere fecit* DEUS, Judiciaria Imputatione, in MESSIAM inſtar *torrentis*, inſtar *exercitus*, inſtar *hoſtis occiſuri*, iniquitatem & *totam colluviem omnium peccatorum*, quocunque veniunt nomine. Sicut ergo omnes homines errarunt ut oves, ita omnium hominum peccata CHRISTUS portavit & expiavit. Conferatur prolixius DN. GRUNACK.

§. XXIIX.

Si & tandem breviſſimo nexu Argumenta

d) noſtra in contrarium accipere vult DN. HONERTUS, tunc ita quidem & formaliter concludimus:

Si I. CONTEXTUS, omniumque ejus Partium genuina applicatio, II. Infallibilis ac frequentiſſima & vel duodecies

a SPI-

a SPIRITU S. facta explicatio. III. antiquissimorum Judæorum & Christianorum tantum non omnium consensus & auctoritas. IV. Contradicentium perpetua fluctuatio & collisio, & V. Contrariarum Rationum & auctoritatum infirmitas, invincibiliter declarat, quod apud ESAIAM a Cap. LII. usque ad finem Cap. LIII. agatur de MESSIA Salvatore totius generis humani ; Si de Eodem MESSIA Salvatore totius generis humani, manifestum id est satis, quod DEus Benignissimus FILIUM Suum Unigenitum *toti* dederit MUNDO Jo. III. 16 ; Satisfactione prævia juraverit, quod *non velit mortem peccatoris*, Ezech. XXXIII. 11 ; Quod *Velit, ut omnes ad Veritatis agnitionem perveniant*, in *Uno* MEDIATORE, Qui *pro OMNIBUS* mortuus est. 1. Tim. II. 4. ff. quem in finem & mandavit, ut OMNIBUS *creaturis* Evangelium annuncietur Marc. XVI. 16. ; Si tandem & Ipsum hoc Vaticinium in N. T. directum est ad omnes promiscue homines Marc. XV. 28. Luc. XXII. 37. Act. IIX. 26. ff. 1. Cor. IIX. 26. ff. XV. 3. 1. Petr. II. 22. & Rom. XIV. 15. 2. Petr. II. 1. Hebr. X. 29. Ergo non potest agere Locus, de *solis FIDELIBUS*.

§. XXIX.

Id & eadem clarissima soliditate probatum manet

e) ex Rom. VIII. 32. Quamvis enim APOSTOLUS *Fidelium* ibi meminerit, pro quibus traditus sit FILIUS Unigenitus, eo ipso tamen *Mundum* & *universum mundum* non excludit. Vid. Jo. III. 16. & 1. Jo. II. 1. 6. & quamvis PAULUS inde a v. 18. - - Vocem ἡμᾶς non nisi de *piis* adhibuerit & in hoc quoque Versu, meritò de *illis* eandem usurpavisse credatur ; Nihilominus *PARTICULARISTÆ* multum peccant, quando ab *Absoluta* ad *Exclusivam* argumentantur, non enim sequitur ; DEUS pro *UNIVERSIS piis* tradidit FILIUM Proprium, ergo pro *SOLIS piis*.

§. XXX.

Nunquam & porro

f) Locus 2. Petr. III. 9. illuc trahi potest, ut ibidem PETRUS in *prima* persona loquatur, atque ita vocem : *OMNES*

ad se suosque *in Fide & Electione* socios referat. Si unquam enim, tunc hic quidem ad *l. c.* bene commentatus est D. JOACHIM LANGE. in dem Apostolischen Licht und Recht: Die etliche, welche den Auffschub für einen zu langen Verzug halten, sind die unter den Trübsalen stehende gläubigen = = so fern aber der Vorzug von einer gäntzlichen Auffhebung der Verheissung verstanden wird; so fern gehet dieses auch auff die zuvorgedachten Spötter.

Die Gedult aber oder die Langmuht GOTTES bestehet darinnen, daß er bey der ersehenen so vielen Gottlosigkeit der Menschen, um derselben willen mit seinem Gerichte nicht vor der gesetzten Zeit einbricht, sondern das gottlose Wesen biß zum verordneten Ziel träget. Man hat hiebey zu conferiren die Oerter Rom. 2, 4. cap. 9, 22. 1. Tim. 1, 16. 1. Petr. 3, 20. Das εἰς ἡμᾶς gegen uns verstehet der Apostel überhaupt vom gantzen Menschlichen Geschlechte.

Mit den letztern Worten: Und will nicht, u. f. wird angezeiget, wie die Langmuht GOTTES beschaffen sey, oder was Sie mit sich führe; Nemlich eine ernstliche Liebe zu dem Heyl der Menschen, daß, wenn GOtt, die zu dieser und jener Zeit lebende Menschen um ihrer Boßheit willen durch das grosse Welt-Gerichte nicht heimsuchet, und sie in der Helffte ihrer Tage hinwegnimmt, ihnen damit so viel mehrere Zeit zu ihrer Bekehrung gelassen werde.

§. XXXI.

His addit D. LANGIUS: Es ist dieser Ort wohl zu mercken, als der da gar deutlich erweiset, wie daß GOttes auff unsere Seeligke t gerichteter Wille nicht allein ernstlich, sondern auch allgemein sey, und auch auff diejenigen gehe, welche doch würcklich und aus ihrer eigenen Schuld, verlohren gehen. Und folglich handelt GOtt mit den Menschen nicht nach einem absoluten Raht-Schlusse.

Man hat demnach den absoluten, oder unbedingten Willen GOttes von dem bedingten, oder wohlgeordneten wohl zu unterscheiden. Von beyden handelt dieser Text mit dem Contexte. Nach dem absoluten Rahte hat GOtt dem Welt-Gerichte ein solches

ches Ziel gesetzet, das unveränderlich ist; Daher er auch um der Menschen Gottlosigkeit willen das Gericht vor demselben nicht lässet einbrechen. Aber nach dem bedingten, oder an eine gewisse Ordnung gebundenen Raht-Schlusse heist es: Er will nicht, daß jemand verlohren werde, sondern daß sich jederman zur Busse kehre. Hie finden wir beydes, erstlich den Rahtschluß, welcher heist: GOTT wil nicht, daß jemand verlohren werde: Oder, welches einerley ist, GOTT wil, daß jederman seelig werde. Hernach die Ordnung, nach welcher dieser sein Wille erfüllet werden soll, da es heisset: Jedermann, oder wer da will seelig werden, der soll sich zur Busse kehren, das ist, sich in die Heyls-Ordnung bringen lassen; Wenn die kurtzgefasseten Worte völliger ausgedrucket werden, so lauten sie also: GOtt wil nicht, daß jemand verloren werde, sondern daß sich jederman zur Busse kehre, und also, oder in dieser Ordnung seelig werde.

§. XXXII.

Hunc Locum sequitur *ILLE*, qui Act. XVII. 30. legitur: *DEUS ergo tempora ignorantiæ prævidens, in præsens præcipit hominibus OMNIBUS UBIQVE, ut Pœnitentiam agant.* Ibi vero DN. HONERTUS stabilire cupit interpretationem BEZÆ: *DEUS igitur temporibus istius ignorantiæ connivendo dissimulatis, nunc mandat omnibus ubique hominibus, ut resipiscant*, & Argumentum *Celeberrimi* D. JO. FECHTII. in *Tract. de Ord. Mod. Grat. Div. Aphor. XIIX.* subjicit sequentis tenoris: *Si præcipit, ut non omnes tantum homines, sed & ubique locorum viventes, Pœnitentiam agant, Act. XVII. 30. quomodo lapsos excipere poterit, qui sub omnibus hominibus continentur, & ubique locorum existunt? Qui vero vult, ut lapsi Pœnitentiam agant & salventur, Is Gratiam suam iis denegare non potest, alias serio non vellet, quod absit a DEO nostro mentiri nescio.*

§ XXXIII.

Dum vero hæc refutare intendit DN. HONERTUS, tunc

I. excipit, quod *Celeberr. Noster Theologus*, vocem *salvare*, quam in Textu non invenerit, suæ argumentationi, auctori-

ctoritate, nescit qua, inseruerit. Sed respondemus a) quis unquam concipere potest ex *Contextu*, quod de alia intentione & effectu, quam de Ipsa *Salvatione* loquatur PAULUS, qui vers. 31. tam emphatice adjicit: *Propterea, quod constituit diem, in quo judicaturus est Orbem in Justitia, per VIRUM, Quem destinavit, Fidem offerens omnibus, postquam suscitavit Illum ex mortuis.* An CHRISTUS, an *Fides* in CHRISTUM non *servant* & spiritualiter ac æternum *servant?*

b) cum non BEZÆ, sed secundum omnem *Contextum*, verior sit tianslatio Verbi ὑπεριδὼν per *despicere & contemnere cum indignatione.* Videantur DN. WOLFII. *Curæ Phil. ac Crit. ad l. c.* Quis ergo cum D. FECHTIO in *Philoc. S. p.* 22. non decideret: *Vix ullum in sacris locum esse, qui universalitatem Vocationis ad Salutem, majori cum Emphasi exprimat, quam quidem istum.* In quo non tantum concordant Theologi nostri, sed & recentius adhuc defensionem susceperunt ejusdem JO. CYPRIANUS, SEB. SCHMIDIUS, JO. KAHLERUS & SANDENIUS, videatur WOLFIUS l. c.

§. XXXIV.

Sed deveniendum nobis est

II. ad Exceptionem mox subjectam DN. HONERTI; a Paulo scilicet doceri, per *OMNES UBIQVE HOMINES*, *non intelligendos esse singulos, qui in toto Terrarum orbe vivunt, siquidem ad eos, concedentibus adversariis, Divini Verbi Prædicatio atque Pœnitentiam agendi mandatum non pervenerit; Hinc per OMNES UBIQVE HOMINES intelligi potius debere* OMNES, *sine Regionum discrimine, Nationes, quia, rupto atque de medio sublato pariete intergerino Eph. II. 14. non in sola Palæstina, vel in solis Judæis, sed in omnibus, qui Terrarum orbem implent, Nationibus, audiri nunc DEI Verbum debeat*; Quem in finem subjicit *Exemplum* in FESTO *Pentecostes*, post Ascensionem Christi, primo Hierosolymis obvium. Ast regerimus hic

a) *QVOS* CHRISTUS in extremo Die *judicabit*, HOS & vocat DEUS, *HIS* & mandat OMNIBUS UBIQVE HOMINIBUS, ut resipiscant. Atqui

Atqui ex *l. c. OMNES homines* CHRISTUS in extremo Die judicabit.

Ergo. Videatur D. J. A. SCHERZERUS. in *Breviario Hülsemanniano enucleato atque aucto. p.* 1029. Hinc ergo

b) Sicuti Christo destinata est *MORS* ad redimendum humanum genus; Ita statutum hominibus semel *MORI* & NB. *post hac* (quando prius resurrexerint) *JUDICARI.* Hebr. IX. 27. *Nam oportet nos omnes manifestari ante Tribunal* JESU CHRISTI, *ut referat UNUSQVISQVE in proprio corpore, pront hic gessit sive bonum sive malum.* Conferatur 1. Thess. IV. 16. s. Quemadmodum igitur *OMNIBUS UBIQVE HOMINIBUS* imminet & instat mors & Judicium Extremum, ita etiam mandat DEUS *OMNIBUS UBIQVE HOMINIBUS*, ut resipiscant.

§. XXXV.

c) Ipsa *prædicatio SINGULIS hominum*, actu ipso contigisset, & jure quodam, cum omnibus Meriti Divini lucris off- & conferri debuisset; nisi Omniscius DEUS, sine omni dubio cognosceret, qvod si vel OMNES & SINGULOS in medio GRATIÆ ac Ecclesiæ collocasset gremio, plures tamen spontanea ferocia sint, si forte non *antea*, *circa* tamen & *ad finem usque rebellis vitæ*, reluctaturi; Quibus proinde nec *Prædicationem* nec *famam Evangelii*, ut *SINGULIS* puta, ad convictionem plenariam innotescerent, indulsit, eo magis, quo judicii sui confessa & indubia manifestatio, *omnes* exigit, atque sistet ἀναπολογήτους. Rom. I. 20. s. Videatur D. J. J. WEIDNERI. *Collegium Disp. Theol. num. XXII.* §. *X. p.* 184. *s.*

§. XXXVI.

Neque

d) ad rem faciet *nova Exceptio* DN. HONERTI, quod quidem, si ὁ μακαρίτης. FECHTIUS per OMNES UBIQVE HOMINES hic OMNES & SINGULOS intelligens, *nil pro sua inde Hypothesi concludere potuisset, quoniam Pœnitentiam agendi, sive resipiscendi mandatum in omnibus, ad quos illud pervenit, non aliquam ita agendi potentiam, vel aliquam in actum deducentem Gratiam* DEI, *sed tantum universalem omnium OBLIGATIONEM*

atque

atque justissimum semper DEBITUM indicet, (cap. II. §. 39. 50.) *Ex Universali autem universalis DEBITI postulatione nullam pro Universali DEI Gratia Argumentum petere possimus.* Sed regerimus

a) ad hoc *DUBIUM* prolixius jam respondimus ad l. c. & dilucide probavimus, quod sicuti *OBLIGATIO* hominum singulorum strictissime nobis accipiatur; Ita quoque

b) DEUS per Media salutifera Operationem introducere velit, ipsam Pœnitentiam puta, ad quod OPUS *Divinum*, vi Satisfactionis CHristi, DEUS Conciliatus, non tantum benignissime vult accedere, sed & Ipse nunc jure quodam nostro, quod in CHristo lucrati sumus, accedere debet.

§. XXXVII.

Adjicitur *Tertius LOCUS*, nempe *Rom. V.* 18. quem DN. HONERTUS *§. X. p. 567. ff.* eripere nobis plus quam molitur; Dum enim Verba sunt sequentia: *Nempe igitur, sicut per unam offensam* (reatus venit) *in OMNES homines* ad Condemnationem, ita per *unam Justificationem* (beneficium redundavit) *in OMNES homines ad Justificationem*; Tunc opinatur DN. HONERTUS, quod a Reformatis Theologis, tam bene sit responsum, ut *apud multos, qui pro Gratia nunc Universali scribant, ne nimiam quidem ejus mentionem, ad hoc defendendum negotium inveniatur, sicuti id cuique Celeb.* FECHTII, PFAFFII, LIMBURGII *aliorumque de hac materia Scripta inspicienti ad oculum pateat.* Sed & hic observare necessario debemus, quod PAULUS Rom. V. tot. monstret *fructus Fidei*, redundantes ad eos, qui in Christum credunt, eosdem puta, non tantum *coram DEO* certos esse Salutis suæ spiritualis ac æternæ, sed etiam *coram hominibus*, in tribulationibus & calamitatibus fiducialiter emergere; Quod quidem contingat *propter* CHRISTUM, Qui morte & Satisfactione sua Reconciliationem & amorem DEI Trinunius acquisiverit nobis; idque probatur in *collatione primi & secundi* ADAMI, ut imputatio Satisfactionis Christi tam vere sit nostra, quam si nos ipsi coram DEO eandem præstissemus; Pro nobis enim *mortuus* pro nobis *peccatum factus* dicitur Gal. I. 4. 2. Cor. V. 21. &c. Manifestaque est inter peccatum Adami & Justitiam CHrist distinctio; Per hanc enim

venit

venit ad nos JUS quoddam, Juris præstolatio & prærogativa illa, ut coram DEO omnes justificemur & tanquam innocentes ac plenissime absoluti habeamur, a morte sic tam spirituali, quam æterna omnium sufficientissime liberati ac absoluti. Quemadmodum enim per inobedientiam Adami & prævisorum in Adamo posterorum, omnes ac singuli homines constituti ac declarati sunt peccatores, i. e. in eum statum devenerunt, ut a DEO Trinuno Judice coram Ipsius tribunali sint peccatores ac æternæ damnationis rei, judicialiter declarati; Ita per Obedientiam CHRISTI omnes ac singuli constituti sunt *JUSTI*, h. e. in eum devenerunt statum, ut a DEO Judice coram *EJUS* tribunali habeantur & vi Meriti CHristi sistantur perfecte justi. *OBEDIENTIA* enim CHRISTI impetrat illis *Sui Imputationem*, dehinc eodem ipso momento, *perfectam eorum justihabitionem*, huic Imputationi innixam; Proindeque quantum ad Meritum Christi attinet, id ipsum universale est λύτρον, nec quicquam hic ac coram DEO respicitur ad statum hominis subsequentem, ubi omnia, quæ coram DEO exigi poterant, abundantissime præstitit solus Mediator noster. Conferantur *Commentatores nostri* passim.

§. XXXIIX.

Venit & *QVARTUS locus* Rom. XI. 32. *Concluſit enim* DEUS *OMNES in inobedientia, ut OMNIUM misereretur.* Argutatur vero ibidem DN. HONERTUS; quod ibi non *singulorum* hominum sed *nationum* demum mentio sit facta, siquidem ibi Apostolus agat de repulsis a DEO *Judæis*, deque adoptatis in eorum locum *Gentilibus*. Ad has ergo Nationes, non autem ad singulos in iis Nationibus homines, vocem: *OMNES* referendam esse. Quicquid vero horum sit, nihilominus Argumenta sequentia quantum firmius persvademur, omnino prævalebunt; Quemadmodum namque detestamur errorem, quod DEUS homines concluserit in incredulitatem, ut puta aliqui increduli fierent, *Voluntate Divina*, ceu Auctore peccati & incredulitatis, atque vel millenis Testimoniis comprobare possumus, quod concluſio illa sit *JUDICII Justissimi*

Divini, ejusdemque censura, pœna & sententia, lata de omnibus, quos tales esse, h. e. peecatores & æternæ condemnationis reos, cognoverat; ita ex Rom. III. v. 9. & Gal. III. 22. abunde patet, non dicere Apostolum de iis, qui *definite* sunt quidam, sed promiscue de omnibus *tam Judais quam Gentibus*; *OMNES* etenim *peccaverunt*, *& destituuntur Gloria* DEI. Rom. III. 23. Sicut ergo *universum Genus Humanum* comprehenditur JUDÆORUM & GENTILIUM appellatione, Rom. I. 16. II. 9. 10. Gal. III. 28.; Ita neminem ἐν ἀπειθείᾳ permanere & relinquere voluit conciliatus DEUS, sed id, quod vi *Justitiæ* Suæ facere omnino debuit, post Satisfactionem JEsu CHristi absolutissimam, facere amplius non potuit, dum omnium potius ac singulorum misereri debuit & ad id, vi Meriti Christi, fuit obligatus. Præterea *soli Electi* non sunt sub peccatum concluſi. Rom. III. 9. 19. 23. V. 12. Gal. III. 22, nam de solis Electis ἀπείθεια, quam excipit Misericordia DEI, nunquam enunciatur, & propterea nec potuit, nec valuit Apostolus demonstrare, aliud *quicquam*, *quam* quod *OMNIBUS* & *singulis*, *JUDÆIS* & *GENTILIBUS*, DEI Misericordia patuerit, propter Satisfactionem CHristi præstitam; Quod & iisdem qua *Applicationem specialem*, hæc DEI Misericordia, a Christo sufficientissime parta, universalissime pateat, modo Evangelium non respuerint, oblatamque Gratiam pedibus conculcaverint. Quodsi etiam vel maxime illorum incredulitatem intelligere velimus, qui pertinaciter Verbo Divino se opponunt, illudque proterve rejiciunt, ejusque adeo se ipsos privant fructu, nihil tamen inde argumento, quod ex hisce verbis depromimus, decedet. Sequetur enim inde, DEUM etiam illorum propter Satisfactionem Christi misereri, qui actu ipso damnantur; Adeoque necessario *OMNIUM* hominum misereri: Cum de illis, qui servantur, nullum plane superst dubium. Conferatur DN. D. J. GUNTHERI. Erklärung der Epistel Pauli an die Römer. *l. c.* & DN. D. J. H. FEUSTKINGII. *Disp. Theolog. Exeg. De Legali sub peccatum Conclusione ex Rom. XI. 32. & Gal. III. 22.*

§. XXXIX.

§. XXXIX.

Succedit ita *Locus QVINTUS* 2. Cor. V. 15.: *Ut qui hoc statuerimus, si Unus pro omnibus mortuus fuit, nempe istos omnes fuisse mortuos. Et mortuus est pro omnibus, ut qui vivunt posthac, non sibi vivant, sed EI, Qui pro ipsis mortuus sit & suscitatus.* Putat vero hic DN. HONERTUS, quod PFAFFIO & LIMBURGIO responderit TRIGLANDIUS & TURRETINUS, hic scilicet præcise intelligi debere omnes eos, qui *cum* CHRISTO *mortui sunt*, i. e. qui per communionem Mortis Christi, *veterem occidere ac crucifigere hominem* quotidie studeant, ita ut, evanescente magis magisque veteri homine, novus e Christo oriundus homo, excitetur non modo, sed & crescat, donec ad suam tandem aliquando consummationem perveniat. Qui & ad *EXCEPTIONES* LIMBURGII, non minus ibidem varia regerere adlaboravit. Ast nosmet, cum stadium hocce totum feliciter decurrerit D. GODOFREDUS HOFFMANNUS, *Tubingensium Theologus*, in *Synopsi Theologiæ purioris Dogmaticæ*, p. 530 *ss.* Ejusdem *Argumenta*, pro Universalitate mortis & meriti CHristi, in Compendio hic demum repetemus. *Primum*, inquit, desumtum est *a Morte* CHRISTI *vicaria*. Matth. XX. 28. Marc. X. 45. 1. Tim. II. 6.; *Secundum*, ex *Causa Meritoria* Mortis CHristi, quia CHristus passus & mortuus est pro peccatis nostris & propter peccata nostra, 1. Cor. XV. 3. Gal. I. 4. 1 Petr. III. 18. Ebr. X. 12. *Tertium*, ex propria hujus Doctrinæ *Sede*, *Esa. LIII.* Ubi contulit loca Rom. III. 24. 2. Tim. V. 14. 18. 19. Gal. III. 13. 1. Tim. II. 5. Ebr. IX. 12. 1. Petr. II. 21. III. 19. *Quartum*, ex *Redemtione CHRISTI*, Hebr. IX 15. 1. Petr. I. 19. 1. Cor. VI. 20. Tit. II. 14. Gal. III. 13. IV. 5. Apoc. XIV. 3. 4. *Quintum*, a *Pœna* peccatorum nostrorum *luitione*. Ps. LXIX. 5. Esa. LIII. 14. *Sextum*, e *Typorum adumbratione*. Genes. IV. 4. ss. &c. &c. Innuitur igitur apud Paulum, quod, cum CHRISTUS pro *OMNIBUS* ac singulis mortuus sit, ac pro iis satisfecerit, in Judicio Divino hoc perinde sit, acsi *OMNES* mortui essent, & pro se ipsis satisfeciissent, neutiquam vero existimandum est, acsi v. 15. ad *solos Electos* restingatur totus nexus, sed

docet saltem *Apostolus*, quodnam sit illorum *Officium*, qui per Efficaciam Mortis Christi ad vitam spiritualem pervenerunt; Ad quam omnes pervenire possent, si modo ipsimet vellent. Videantur D. J. F. BUDDEI *Institutiones Theologiæ Dogmaticæ. Lib. IV. Cap. II. p. 285. a. f.*

§. XL.

Sed nec dimittitur *Locus SEXTUS* 1. Tim. II. 4.: *DEus vult OMNES HOMINES servari, & ad agnitionem Veritatis pervenire.* Nec tamen valent illa, quæ DN. HONERTUS p. 575. ff. in contrarium adducere voluit, ac si puta, per *OMNES HOMINES* Apostolus non intelligat *OMNES numero*, sed *OMNES genere* homines. Exceptio etenim illa non liquet; Quod dum jubeat PAULUS *fundere preces pro omnibus hominibus*, id non possit intelligi de *omnibus numero hominibus*, id est pro singulis, siquidem pro *iisdem* nemo possit fundere preces; *primo* quidem, quia omnes non noverimus: *secundo* quoniam inter homines tales sint, pro quibus precari nobis non liceat. I. Joh. V. 16. Nec stringit illa consequentia; Quod dum *Paulus* explicaverit se ac exegerit, ut *pro Regibus & omnibus in eminentia constitutis* orandum sit, nemo etiam aliam interpretationem obtrudere cuiquam possit, præsertim cum v. 8. eandem hujus vocis restrictionem agnoscere partis adversæ Patroni cogantur; petitur potius strenue Principium. Revelatur siquidem in Textu Paulino *VOLENS*, *omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes & gratiarum actiones pro omnibus hominibus*, DEUS puta noster Salvator conf. Cap. I. 1. II. 5. Exprimitur & ipsa *VOLITIO* eaque bona & accepta, secundum quam vult, ut *OMNES homines salvi fiant, & ad agnitionem Veritatis perveniant.* Non igitur loquitur de *generibus singulorum*, & jucunda instantia rem totam absolvit D. AUGUSTUS PFEIFFERUS: Es ist eine böſliche Verkehrung der Worte Pauli: Der redet von allen Menschen, wir sollen (spricht er v. 3.) für alle Menschen beten, denn GOTT will, daß allen Menschen geholffen werde: so hat auch Petrus ausdrücklich (singulos) jede Menschen exprimirt: GOtt will nicht, daß

jemand

jemand i. e. ein einiger Mensch, verlohren werde. Und wann dergleichen Auslegung so klahrer Worte angehen solte, so könnte man alle Universales, auch im gemeinen Leben, eludiren und zu Wasser machen. E. g. gesetzt Titius, dessen Vermögen, fürnehmlich in einer ansehnlichen Bibliothec, und in einer guten Summa Geldes besteht, macht ein Testament, und setzt zu seine Principal-Erben ein Cajum und Sejum, solcher massen: Ich will, daß *Cajus* soll alle Bücher, *Sejus* alles Geld haben, das übrige soll *Sempronius* als Executor Testamenti behalten. Da Titius stirbt, läßt Sempronius als Executor des Testaments, Cajum und Sejum, als Principal-Erben fordern, und spricht zu Cajo: Ihr solt alle Bücher haben, seht hie habt ihr allerley Bücher, ein Theologisches, ein Juristisches, ein Medicinisches, ein Philosophisches, ein Historisches, u. s. w. Die Ubrigen behalte ich für mich. Zu Cajo spräche er: Ihr solt alles Geld haben, hie habt ihr allerley Geld, 1. Groschen, 1. Marck, 1. Thaler, 1. Ducaten, u. s. f. das übrige behalte ich für mich; Lieber, was würde von Sempronio zu halten seyn; Wann Paulus gesagt hätte, ein redlicher Regent, will aller seiner Unterthanen Bestes, oder daß ihnen allen geholffen werde, so würde man die Universalem in ihrer Würde und Valeur lassen? warum denn nicht, da er von GOTT redet? Oder wolte ein Schrifft-Spötter sich auch der Freyheit gebrauchen, und eine solche Glosse machen: GOTT hat alles i. e. allerley erschaffen; Er weiß alle i. e. allerley Dinge, u. s. w. was würde endlich draus werden? Videatur ejus ANTI-CALVINISMUS. *Cap. V. §. XII. p. 146. s.*

§. XLI.

Miror vero DN. HONERTUM hic non voluisse adducere exceptionis causa, ex SPANHEMIO & aliis *Reformatis*; Quod, *si pro mortuis non sit orandum, tunc & non pro omnibus sit orandum.* Sed forte convictus fuit demonstratione clarissima Theologorum nostrorum, quando cum DORSCHEO respondent: *An mortui sunt homines? An non de viventibus loquitur Apostolus? An mortui regnant? An sunt ἐν ὑπερoχῇ? An illos metuimus? An sub illis tranquillam agamus vitam? An DEUS*

post mortem iterum salvari eos vult? An ad agnitionem Veritatis pervenire? Futilis interea magis est exceptio DN. HONERTI: Non est pro omnibus & singulis orandum, *quia non omnes* novimus; Quis enim nostri non regereret: An vero omnes Electos novimus? Et maxime tandem futilis declarabitur illa; Si pro *peccantibus ad mortem* non est orandum, ergo non pro omnibus & singulis est orandum. Recte enim D. DORSCHEUS regessit: *Ita concluderem, Christus non peccavit, ergo non omnes in Adamo peccarunt homines. At illud affirmat Apostolus Rom. V. 12. Qua vero Ratio diversitatis? Illa est, quia Scriptura expresse Christum excipit, nec tamen universalitatem tollit. Sic h. l. excipit peccantes ad mortem, precum tamen generalitatem non negat, proinde secundo orandum est pro omnibus & singulis monente Paulo, donec clare nobis constet, hos peccasse ad mortem, pro quibus monente Joanne, orandum non est. Et hic sine omni dubitatione orare possumus, de occultis enim quis judicabit? Alia ratio est Electorum Calvinisticorum. Ibi incertus, qui illi sint, vel cum hasitatione orat vel inepte & inaniter, adeoque DEO ingratas fundit preces. conf. ad Rom. X. 1. & Jac. I. 6. ff. Dictum alias Joanneum non vetat simpliciter orare, sed non dico, inquit, i. e. libertati vestra relinquitur, Non cogimini.* Videatur D. J. G. DORSCHEI *Soteriologia. p. 26. f.* Hunc & in finem DN. D. GRUNENBERGIUS. in der Beschirmung des Rostockischen *Responsi, pag. 220.* optime scripsit: Johannes saget nichts anders als dieses: Es ist eine Sünde zum Tode, dafür sage ich nicht, daß man bittet. In welchen Worten ja kein Befehl oder Verboth zufinden ist. Weil es nicht heist: Es ist eine Sünde zum Tode, dafür sage ich, soll niemand bitten: Sondern nur eine Anzeige, was Johannes dismal nicht erfordert habe, oder von denen Christen als eine Pflicht des Christenthums nicht suche: Wobey er dennoch auch frey lässet, wenn jemand in guter Hoffnung und Liebe noch für die Herausführung aus solcher Sünde bitten wolle, thäte ers, so thäte er es Dem HERRN, und folgete darein dem Werck der Liebe; Thäte ers nicht, so ließ ers dem HErrn, und sähe darin auff die ernste Gerechtigkeit des Grossen Gerichts. Wie er nun mit allem Ernst verlanget, daß

man

man für die Sünder bethen soll, denn des Gerechten Gebeth erlanget viel vor GOTT, so hingegen schreibe er das Gebet vor die Sünde, die bloßhin zum Tode gehet, nicht vor, sondern ein Christ möge thun, wohin ihn sein Hertz und geheiligter Sinn anführe. Welche moderate Redens-Arth denn die Exegeten schier durchgehends wohl beobachtet haben. Addatur D. J. F. MAYERI Disp. Theol. *de Quæstione: An pro peccantibus ad mortem sit orandum?*

§. XLII.

Submittitur ita *Locus SEPTIMUS* 1. Tim. IV. 10. *DEUS vivens est Servator OMNIUM hominum, maxime fidelium*, DN. HONERTUS vero ex TURRETINO vim Textus hujus divinissimi frustra evertere studuit inde, quia ibi σωτὴρ, qui in *posteriori* pericope respectu fidelium proprie & stricte sumatur, quod vocula μάλιστα innuat, in *priori* latiori sensu pro *Conservatore* ponatur, eo quod in Ipso sumus, vivimus, & movemur. Act. XVII. 28. Quomodo & Ps. XXXVI. 7, ad quem locum PAULUS alludat, dicitur DEUS & jumenta σώζειν conservare, unde & CHRYSOSTOMUS, OECUMENIUS, PRIMASIUS & AMBROSIUS dixerint: DEUM *esse Servatorem omnium* in *Præsenti*, i. e. quantum ad vitam præsentem, sed fidelium tantum in *futuro* & quoad Vitam æternam: Rectius etenim commentatus est PFEIFFERUS. *l. c. p.* 177. Christus ist ein Heyland aller Menschen (R. Acquisitionis) allermeist aber der Gläubigen (R. Salutaris perceptionis) Weil nemlich dieselben für andern die Erlösung, so durch JEsum Christum geschehen ist, gebührend annehmen, so daß sie an ihnen würcklich ihren Zweck erreicht. 1. Tim. IV. 10. & p. 186. adjicit: Daher spricht Paulus, Christus sey ein HEYLAND aller Menschen, allermeist aber, (weil nicht alle Ihn als einen Heyland erkennen und annehmen wollen) der Gläubigen, 1. Tim. IV. 10. Die Schuld liegt nicht an GOtt, der läßt jedermann fürhalten den Glauben. Act. XVII. 31. Christus will alle nach sich ziehen (affectu) so viel an Ihm ist, Joh. XII. 32. Daß Er aber (effectu) würcklich nicht alle zeucht, das kommt daher, weil die meisten wiederstreben und sich nicht wollen

wollen ziehen lassen. Wann Z. E. das Löse-Geld für 1000. Sclaven würcklich erleget wäre, allein einige wären so wunderlich, und begehreten selbst nicht loß zu seyn, indem es ihnen bey ihrer Sclaverey so gefiele, oder sie derselben schon gewohnt wären, oder sie lieffen, nach der Auslösung muthwillig wieder über, denen käme das abgestattete Löse-Geld aus eigener Schuld nicht zu statten; Also, obschon das Löse-Geld für alle Menschen würcklich durch Christum erleget ist, für Juda Ischarioth sowol, als für Simon Petro, so seyn doch leyder! die meisten Menschen von solcher Unarth, daß sie GOttes Rahr wieder sich selbst verachten, wie dort die Pharisäer, Luc. VII. 30. Daß sie selbst durch ihre vorsetzliche Wiederspenstigkeit, und daß sie die Gnaden-Mittel von sich stossen, sich unwerth und unfähig machen des ewigen Lebens, Act. XIII. 46. Und weil sie solchergestalt das Sühn-Opffer, damit sie so theuer erlöset und erkauffet seyn I. Cor. VI. mit Füssen treten, so ist dasselbige per accidens und aus eigener Schuld an ihnen verlohren, und sie haben in Ewigkeit kein Opffer mehr vor die Sünde. Hebr. X. 26. Jedoch ist deswegen die Erlösung nicht vergebens geschehen, denn sie kommt den Auserwehlten seeliglich zustatten, und die Verdammten werden der grossen Güte GOTTES überzeugt, und heists disfals: Was soll man doch mehr thun? Es. V. 4. Gleichwie es ja auch nicht folgt, als ob die Schöpffung der Menschen vergeblich geschehen wäre, obschon die meisten ewiglich verderben. Perquam igitur frigide & inepte particularismus Titulum σωτηρ sic exponit: *DEUS conservat in Vita, quousque libet, omnes homines, præcipue pios in Gloriam Misericordiæ, impios vero illos, qui pariter reprobi sunt, & maximum hominum numerum faciunt, in graviorem reatum & pœnam. Hem pulchrum elogium! plerique mortalium nullam spem in DEO ponere poterunt, addito isto elogio tam stulta immo blasphema supplementa parit nefandum Particularismi delirium. Dices: etiam in nostra Paraphrasi id suppleri, quod ad probandam Thesin nostram pertinet. Resp. Ita est. Sed nostrum supplementum ipsa Contextus Ratio postulat. Jam vero non ea tantum Dicta Thesin probant, quæ id, quod in Thesi dicitur in Terminis continent; Sed & illa,*

illa, quæ sensum habent, Thesi conformem. Videatur SCULTETUS. in *Paraphras. Continua ad hunc locum.*

§. XLIII.

Sed & adfertur *Locus OCTAVUS* ad Tit. II. 11. 12., & ibi ad *Celeberrimi* D. JO. FECHTII factam solidissimam Explicationem, notavisse sibi sumit DN. HONNERTUS sequentia

I. ad Explicationem Ejusdem: *Quoscunque Gratia Divina erudit per Verbum &c.* regerit: Hoc non sufficit: Sed quoscunque erudit *per Spiritum*, quoniam *non externe* tantum, sed & *intus* doceri debemus. Verum respondemus

a) novimus abunde, quod *plerique CALVINIANI*, discrimen inter Verbum DEI *internum* & *externum* amplectantur, & QVENSTEDIUS judicioſum hunc in finem adduxit decisum PETRI AGRICOLÆ, *Consiliarii Palatino-Neoburgensis*: Quoad distinctionem Verbi *interni* & *externi*, *Calvinismum*, *Anabaptismum & Schwenckfeldianismum unum esse pulmentum tribus patinis appositum*: Novimus &, quod *Calviniani* Verbo DEI externo, scripto vel prædicato, omnem fere vim Spiritualem & intrinsecam *in hominibus convertendis*, *renovandis*, *salvandis* &c. derogare, illique tanquam nudo signo, ultra significationis usum, nihil quicquam tribuere, sive nullam aliam vim & virtutem Verbo DEI largiri, quam materialem seu objectivam significandi & notificandi; Virtutem vero ipsam quæ Veritatem mentibus hominum instillet & Fidem efficiat, ponere in *immediata quadam Spiritus S. illabentia & influentia*, numero & natura non tantum distincta, sed & *separata* a Verbi Operatione, vid. QVENSTEDIUS. in *Theol. Didactico-Polemica P. I. Cap. IV. p. 175.* Novimus etiam

b) quod hæc singula *S. CODICI* manifesto contradicant, & ad Dicta Jo. VI. 33. Rom. I. 16. Ebr. IV. 12. 1. Thess. II. 13. 1. Petr. I. 23. Jacob. I. 21. aliaque innumera, non habuerint *C. Reformati*, quæ juste reponerent. Miramur igitur, DN. HONNERTUM hoc indigno errore se adhuc maculare voluisse, & non illubenter vidimus, quod D. F. A. LAMPE. in *Rudimentis Theol. Elencht. Cap. IV. Num. XXIV. p. 26.* responderit ad *Quæstionem*:

An præter Revelationem *mediatam Scriptura*, alia adhuc obtineat *Revelatio immediata*, quæ tanquam *Verbum internum*, Verbo externo præferenda sit, & genuinum ac primarium Principium Fidei constituat? Negamus contra *Enthusiastas*, *Quackerianos*, *Poiretianos*, *Inspiratos*, & ex parte etiam contra *Labadistas*.

§. XLIV.

Sed & notare voluit DN. HONERTUS, quod

II. D. FECHTIUS Vocabulum σωτήριος hic non recte verterit: *salutariter*, quia non sit adverbium σωτηρίως, sed adjectivum, quod referri ad nomen χάρις debeat. Verum regerimus

a) non vidimus, quod *B. noster Theologus* adjectivum istud σωτήριος a nomine χάρις separaverit, explicationem autem hujus adjectivi facturus ex primitivo derivativam significationem solide deducit, quod puta χάρις σωτήριος, salutariter salutem hominum intendat; & quomodo hoc negari poterit

b)? Adverbia enim abs adjectivis vel substantivis derivata, sumunt significationem sui principalis, & propterea exinde facile cognoscitur, quomodo salutaris Gratia Salvatoris nostri non apparuerit tantum nationi Judaicæ, aut solis ingenuis & libertis, nec solis electis; Post tot enim Prophetica promissiones, quod omnes Gentes hujus Universi per Messiam salutariter sint accipiendæ. Genes. XII. 3. XIIX. 18. XXII. 18. XXVI. 4. id & pro τεκμηρίω spiritualis Regni habitum est semper, ut non particularis inde oriretur, sed omnimodo universalis Prædicatio, vide Ps. L. 2. Matth. XXIIX. 19. Rom. XV. 25. Col. I. 23. 28. Nos enim cum Scriptura affirmamus, Promissiones Evangelicas *mere universales* esse, & ad totum Mundum sive universi generis humani latitudinem se extendere: Sine ulla *vel gentium vel ordinum*, *vel statuum exceptione aut distinctione*. Sic enim Scripturæ de dilectione DEI, de Redemtionis opere, per CHristum consummato, de Vocationis Evangelicæ mediis concionantur, ut in istis operibus omnibus, *ne unicum quidem Individuum neglectum aut* præteri-

præteritum fuisse, liquido atteſtentur: ut Matth. 11, 28. & Cap. 28, 19. Marc. 16, 15. Joh. 1, 29. & Cap. 3, 16. 1. Tim. 2, 4. 2. Petr. 3, 9. 1. Joh. 2, 2. vid. D. L. HUTTERI. *Comment. in Locos Theologicos* DN. PHILIPPI MELANCHTONIS. *p.* 398. *b.*

§. XLV.

Sed & adduci meretur, quod

III. HONERTUS venditare voluerit, non adeo *Universalem* eſſe Verbi Divini inter homines Prædicationem, *quoniam multi ne famam quidem, ejus audiverint.* Et ex COCCEJO atque PRICEO adverſus D. FECHTIUM defendere ſategerit, quod *omne Genus hominum* docere Titus debuerit, *ſenes* nimirum vſ. 2. *anus* vſ. 3. & per eas *adoleſcentulas* juniores. vſ. 4. 5. *adoleſcentulos* vſ. 6. - 8. & *ſervos*, vſ. 9. 10. opineturque, quia TITUS ſciverit, quod Veteris Teſtamenti Oeconomia majorem inter homines differentiam ſtatuerit, hinc Paulus firmandæ huic monitioni addiderit, ſublatum eſſe illud diſcrimen, quoniam ſalutaris DEI Gratia nunc omnibus illuxerit hominibus. Verum & hic reſpondemus

a) Si ſecundum *Particulariſmi* genium ſic explicanda forent Verba Pauli: *Hortare ſolos electos, ſenes, anus, juniores & & ſervos. Illuxit enim Gratia DEI ſalutaris, ad ſolos Electos pertineus, ſolis Eltctis ex Gratuito DEI favore competens; Ea ſola docet Electos, quo pie vivant, & expectens manifeſtationem Salvatoris ſolorum Electorum, Qui Se tradidit pro ſolis Electis, ut eos ſolos redimeret & mundaret.* Tunc certe figmentum manifeſtabitur horridum & vel ſimplicioribus facile animadvertendum. Quis enim

b) non videt, quod Paulus *præmiſſis commonefactionibus*, quibus pro diverſitate ætatis & conditionis, ſingulatim informavit vitam Chriſtianorum, nunc quoque *generalem* quandam, ſed mire validam & efficacem rationem ſubnectat, petitam a *ſalutari* exortu Divinæ Gratiæ, qua *OMNIBUS* hominibus in æterna caligine mortis ſedentibus illuceſceret nova quædam & grata *LUX*, diſpellens mortiferas & exitiales tenebras, in quas omnes erant abſorpti. Quæ vero lux illa? *GRATIA DEI*, qua vultum ob peccata Indigrationis plenum

avertens, nunc Gratiæ suæ *Serenissimam Faciem* fulgere sinit. Et quidem non sine ingenti fructu: *SALUTIFERAM* quippe dicit illam DEI Gratiam, tanquam æternæ Salutis *primum* fontem & scaturiginem. Quibus vero apparuit hæc DEI Gratia? *OMNIBUS hominibus*, nullo omnium excepto, aut inde per aliquot DEI Decretum absolutum excluso. Insigne siquidem & omnium hominum observatione dignum est, quod scribit Paulus: Gratiam illam salutiferam DEI illuxisse omnibus hominibus. Hinc enim indubitato concludimus, eos, qui nonnullos absoluto DEI decreto jam inde ab ultima æternitate reprobatos & ad inevitablem damnationem rejectos scribunt, per manifestissimam apostasiam deficere a Doctrina Pauli Apostoli, qui (ut ceterorum Prophetarum & Apostolorum testimonia nunc silentio præteream) nullum prorsus hominem ab hac DEI Gratia salutifera seclusum statuit, nisi propter solam infidelitatem & inpœnitentiam &c. Vid. *D.* ÆGYDII HUNNII. *Epistolæ Div. Pauli Apostoli, ad Titum Expositio plana & perspicua p.* 114. *s.* & 122. *s.*

§. XLVI.

Tandem DN. HONERTUS *p.* 580. ad *LOCUM IX.* Hebr. II. 9, quem PFAFFIUS & LIMBURGIUS ipsi objecerant, conversus, ibidem fluctuat, quod Verborum nexus *suam* non vero illorum sententiam firmet, ratiocinando: *Omnes enim, qui hic nominantur, sunt non tantum multi illi, qui in Gloriam introducti jam erant vs.* 10.: *Sed omnes etiam illi, qai nominantur vs.* 11. *i. e. omnes, qui sanctificantur*; addens deinde: *Sic enim Versus ille se habet: Nam & Qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex Uno sunt omnes. Quamobrem non erubescit, eos vocare fratres.* Sed & ad hæc respondemus

a) diu novimus *Particularismum* more sibi solito Textum etiam h. l. restrinxisse, moreque ibidem Dn. Honerti, sequentem in modum interpretatum voluisse: *CHristus gustavit mortem pro omnibus & solis Electis, pro iis universis ac solis, qui in viva fide ac pietate vitam finiunt, pro paucis cujusvis status ac conditionis hominibus.* Verum enim vero 1) τᾶς ἄνθρωπος

nuspiam

nuſpiam pro *paucis* cujusvis conditionis hominibus in Scripturis ſumitur. 2.) Qui in Spiritum S. peccant, qui absque prævia pœnitentia vel in prælio cadunt, vel per carnificem decollantur, vel ſuſpendio vitam finiunt, qui in Judaiſmo, Turciſmo, Paganiſmo, Atheiſmo decedunt, qui ſua ſibi manu mortem conſciſcunt, qui concupiſcentiæ vel carnis, vel oculorum, vel ἀλαζονείᾳ τοῦ βίου, ſubſunt in vita & morte, ſunt etiam *peculiaris ſtatus ac conditionis homines.* Quia jam Chriſtus pro paucis cujusvis conditionis hominibus mortem guſtaſſe dicitur, ideo etiam *pro paucis hujus ordinis hominibus* Eum oportet eſſe mortuum. 3.) τὸ ὑπὲρ παντός tam diu eſt pro uno quovis homine accipiendum, dum probetur ex Sacris, triſtes reſtrictiones eſſe neceſſarias, id quod ἀδύνατον. 4.) Neque etiam ſubſequens Contextus iſtas patitur gloſſas. conf. D. SEB. SCHMIDIUS. *Comment. in H. L.*, & Dn. SCULTETUS. l. c. Manet igitur nobis

b) invictum hic Argumentum, quod CHRISTUS non tantum pro *commodo* humani Generis, ſed etiam vice & loco humani generis Mortem guſtaverit, & quod id factum ὑπὲρ παντὸς pro *OMNI creatura* intellige *rationali*, eoque ad homines referenda, nimis enim coarctant hanc locutionem *particulariſta*; Sit ergo PARÆO πᾶς h. l. omnis fidelis; Sit COCCEJO omne hominum genus; Sit ALTINGIO totum corpus myſticum; Diſtinguat CHAMIER inter pati mortem *ſufficienter* & *efficienter* ſeu efficaciter; Dicant & alii, quod CHriſti Mors pertineat ad omnes *concione*, non *applicatione*; Reſtringat SPANHEMIUS particulam: παντὸς ad filios in gloriam adducendos; Id certe magnum præjudicium eſt, quod noſtram ſententiam nonnulli ex ipſis Reformatis ſtabilire viſi ſint, ut CAMERON & DALLÆUS, & rectius illi omnino ſentiunt, qui vel ſingularem παντὸς pro *plurali* πάντων exponunt, ut Chriſtus pro *unoquoque homine*, ita, ut nullus excipiatur, mortem guſtaverit, ſeu mortem expertus ſit, ut patet, ex Matth. XVI. 18. Joh. VIII. 52. & vel graviſſimo pecca-

tori, etiam totaliter indurato, ad Gratiæ portam, morte CHRISTI reseratam, quamdiu spirat, adspirare liceat. Videatur aureus Commentarius Paulinus in Partem Pf. VIII. D. ITTIGII, qui in Opusculis variis p. 56. ff. legitur.

§. XLVII.

Incipit nunc p. 580. *CLASSIS Secunda* DN. HONERTI, quæ complectitur *ea S. Scripturæ testimonia, ubi Salus & Merita Christi referuntur ad MUNDUM.* ut Jo. III. 16. VI. 51. 2. Cor. V. 19. 1. Jo. II. 2. & ibi

I. ac ante omnia, observare voluit, quod *Vocabulum MUNDI* in iis locis, ubi non alias creaturas sed *homines* præcise notat, non semper *omnium*, sed sæpe *quorundam* duntaxat hominum nomen sit; ibique adversus LIMBURGIUM & *Remonstrantes* plura disputat p. 581. ff. Ex his vero seligemus demum ea, quæ ad Disputationem nostram præcipue facere videntur; Ita quidem p. 582. falsum est, *ELECTOS unquam MUNDI nomine insigniri, ac exclusive designari*, id quod ex Jo. IV. 42. VI. 52. præcipue vero ex Rom. XI. 12. 15. & 1. Tim. III. 16. adstruere molitur DN. HONERTUS. Ordine siquidem causam hanc persequentes respondemus

a) occasione Dicti Jo. IV. 42: Facile concedimus, quod *Vocabulum MUNDUS* accipiatur pro *incolis mundi seu hominibus in genere.* Jo. III. 16. Cap. XII. 19. 2. Cor. V. 19. 1. Joh. II. V. 19. quod & accipiatur *pro impiis*, qui maximam hominum in mundo viventium partem constituunt Jo. I. 10. VII. 7. XIV. 17. XV. 19. XVI. 20. 33. XVII. 9. 14. 1. Cor. XI. 32. 1. Jo. III. 1. IV. 5. V. 4. s. videatur D. GLASSIUS. *in Phil. S. p.* 1465., ubi & *p.* 1923. leges, quod Synechdochice pro *terra*, nec minus *p.* 1938. pro *re plena* adhibeatur; Verum de hoc inter nos & C. Reformatos continua & ad hunc usque diem protracta litigatio manet: An puta vocabulum *MUNDUS* pro credentibus & Electis unquam in S. Codice venerit? & sicuti adversus FLACIUM comparatus jam D. GLASSIUS loca Joh. VI. 33. XIV. 31. &c. vindicavit, ita, quantum meminimus, nemo Nostratium istam sententiam approbare voluit aut potuit. Ea propter ergo

b) ad

b) ad Locum Jo. IV. 42. recte respondit ALTINGIO, *Summe Rev.* DN. WOLFIUS. *in Curis Phil. & Critic. ad h. l.*, quod bene Christum pro MESSIA Gentilium & Judæorum, adeoque universali ex mente Samaritanorum & re ipsa esse judicaverit; sed tamen addit: *Magis hic respici debet ad vocem κόσμος, quam ad illud, quod Samaritani se ipsos ex Gentilibus esse agnoverint. Id enim non fecisse illos, vel ex fœmina sermone apparere v. 12. quo de Jacobo tanquam Patre suo gloriatur.*

§. XLIIX.

Quæ DN. HONERTUS

II. ad locum *Jo. VI.* 52, ex LIMBURGII concessione, assumere voluit, iterum non stant firmo talo. D. HUTTERUS enim. *l. c. p.* 786. 6. *ff.* quando congregaverat Dicta Biblica Jo. I. 29. III. 17. VI. 51. XII. 47. Luc. II. 10. 11. 10. XIX. 10. Matth. XIIX. 11. 2. Cor. V. 9. 14. 15. Coloss. I. 20. 1. Tim. II. 6. 1. Tim. IV. Hebr. II. 9. 1. Jo. II. in collatione locorum Rom. XIV. 15. 1. Cor. VIII. 11. 2. Petr. II. 1. Hebr. VI. 6. X. 30. sequentia subjicit: *Quibus Scripturarum oraculis, quid planius, quid nervosius dici possit pro thesi nostra, de universali Redemtione totius generis humani asserenda demonstrandaque, non perspicimus. Graviter autem errant, qui in interpretandis istis Scripturarum Oraculis mundi vocabulum, cum Beza & reliquis Sacramentariis non universaliter sed particulariter pro solis credentibus sive Electis accipiunt. Nam* 1.) *nullum in Scriptura extat testimonium, quo MUNDI vocabulum solis Electis accommodetur,* 2.) μερισμὸς *ille Johanniticus hoc non admittit, nisi Verborum SPIRITUS S.* 1. *Jo. II.* 2. *sensum longe ineptissimum dare velimus ISTUM: Christus est Propitiatio non tantum pro Electorum, sed & pro Electorum peccatis.* 3.) *ille MUNDUS intelligi debet, cui annunciare debuit Evangelium de Christo, in Quem etiam emissi sunt Apostoli: Atque Iste totius Generis Humani constat latitudine Matth. XXIIX.* 19. *Marc. XVI.* 15. *Act. XVII.* 30. *Rom. X.* 18. *Coloss. I.* 6. *Tandem nisi per MUNDUM intelligamus omnes omnino homines etiam reprobos & damnatos: nulla profecto Veritas constabit illis assertionibus Scripturarum, quæ asserunt ideo plurimos damnari, quia meritum Christi in Evangelio*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404251/phys_0051
DFG

gelio oblatum aspernantur: quia Consilium DEI adversus se ipsos spernunt: quia congregationi locum non relinquunt: quia Verbum DEI a se repellunt; quia dilectam Veritatem non recipiunt: quia Evangelio & Veritati non credunt. Matth. XXIII. 37. Matth. XXII. 5. 6. Marc. XVI. 16. Luc. VII. 30. Joh. III. 18. & 36. Act. VII. 51 XIII. 46. 2. Thess. I. 8. 2. Thess. II. 10. & 12.

§. XLIX.

Dum vero

III. ostentare se incipit DN. HONERTUS *pag.* 582. his verbis: *Habemus & alia S. Scriptura loca, ubi MUNDUS notat ELECTOS*, non modo *Gentiles* sed & *Judaeos*, atque de *Gentilibus* id constare opinatur ex Rom. XI. 2. 15, arguens inde: Quod, si *Electi Gentiles* mundus dicantur, nec impedimentum sit, quo minus idem nomen sortiri *Electi Judaei* queant; Et adjiciens: *Si autem multitudo electorum Gentilium, qua ratione reproborum haud ita magna est, queat MUNDUS dici, non video, cur idem nomen multitudini Electorum Judaorum applicari non possit. &c.* Tunc in his singulis consensum nostrum nanciscinunquam poterit; qua namque satietate & ultro fatemur, quod *Gentiles* Judæis oppositi dici possint MUNDUS; Denn Paulus verstehet durch die Welt allerdings die Heyden, welche unter solchen Namen in Heil. Schrifft den Jüden entgegen gesetzet werden. Die Ursach dieser Benennung ist leicht zu erachten. Denn die Juden besassen nur das gelobte Land, welches einen kleinen Theil des Erdbodens ausmachet, da im Gegentheil die Heyden mit ihren Wohnungen, durch die gantze Welt ausgebreitet sind. Videatur JOANNIS GUNTHERI Erklährung der Epistel Pauli an die Römer *ad l. c. P. II. Conc.* 144. *p.* 290. Quemadmodum ergo 1. Jo. V. 19. ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, in quantum opponitur iis, qui ex DEO sunt; Quare non idem illud obtinere posset in Judæis, ut mundo opponerentur, eo respectu, quo inter Judæos hactenus fuerat vera Ecclesia. Ast quod ad consequentiam illam attinet; Si Gentiles hoc nomine designati sunt, tunc etiam Electi eodem nomine designati sunt, tunc etiam Electi eodem nomine venire possunt;

illa

illa est simpliciter improbanda. Nec movebit nos adductus a DN. HONERTO Locus 1. Tim. III. 16. vide *p.* 584, ubi DEUS *manifestatus* dicitur & *creditus in Mundo*; Siquidem vel ex ipso contextu oppositio manifesta est inter illos, qui crediderunt in JEsum, quos, quod in mundo fuerint, nemo inficiabitur, & illos, qui in Servatorem nostrum non crediderunt, quibus solis nomen mundi tribui potest ac debet. Eo quod id demum intendit, machinatur & agit, quod alienum est, abs omni salutari cognitione DEI Trinunus, Mediatoris Christi & Mediorum salutis, in quorum directis contrariis, velut in profundo luto hæret, & peccatis continuis se maculare ac conspurcare non intermittit.

§. L.

Nec obtinebit quippiam *Instantia* DN. HONERTI; quod Electi ex mundo possint *MUNDUS* dici, non aliter atque ISRAEL sæpe pro *Electis ex Israële*, & *GENTES* pro *Electis ex Gentibus* ponuntur; quod ex Es. XLIX. 3. XLII. 6 demonstravisse Cel. Gürtlerum autumat Quam lubenti siquidem affectu largimur, quod vocabulum: *Israël*, per Synecdochen quandam adhibitum sit; Vid. GLASSIUS. in *Philol. pag.* 11. & quod credentes nomine *Israëlis* & *Juda metaphorice* veniant, id idem *p.* 1878. adseveravit; adjiciens adhuc probationis & illustrationis causa, loca Jerem. XXIII. 6. XXX. 10. XXXIII. 14. 16. Ezech. XXXVII. 23. 28. Luc. I 33. Rom. IV. 13. 17 Gal. IV. 28. 31. 1. Petr. II. 9. Advertimus igitur ac diu approbavimus Exegesin illorum, qui Rom. XI. 17. ss. *verum ISRAELEM & totum ISRAELEM* exponunt tam per illos, qui ad *Populum Israëliticum* referri poterant, quam per illos, qui ex *Gentibus* vocati sunt; Und also soll der ganze ISRAEL i. e. alles, was wahrhafftig Israel heist, so wohl die gläubigen Juden nach der Wahl, so diesen Namen, mit Ehren behalten, als die bekehrte Heyden, die sich mit ihnen in ein Corpus oder Stamm-Baum vereinigen, und also diesen Namen redlich erlangen, seelig werden. Es heisset demnach der geistliche Israel, oder Israel nach der Verheissung, der geistliche Saame Abrahams, oder

alle diejenigen, die seines Glaubens, und seine geistlichen Kinder seyn, Rom. IV. 12. - 16. Die bekommen den Namen, und werden Israel genennet, Esa. LIV. 8. Dieser wird sagen: Ich bin des HErrn, und jener wird genennet werden mit dem Namen Jacob; Und dieser wird mit seiner Hand dem HErrn zuschreiben, und wird mit dem Namen Israel genennet werden, d. i. der Israel GOttes, *Gal. IV.* 16. Videatur D. PFEIFFERI. *Scepticismus Spenerianus Tripartitus. Part. I. Cap. X. §. I. - XV. p.* 198. *ff.* Gerechte Sache, *Cap. II. §. XXXIII. ff. p.* 67. Apostol. Christen-Schule, am Sonntage nach dem Heil. Christ-Fest, *pag.* 126. *ff.*

§. LI.

Sicuti igitur per *MUNDUM* non intelliguntur *Gentiles ELECTI*, sed mundus in genere, qui tam ex electis quam reprobris consistit, utrisque enim in eodem apparuit *Gratia salutaris*; & *sicuti* omnis Israel non pro electis tantum ex Judæis, sed etiam ex Gentilibus accipitur, ita quoque de Vocabulo *MUNDI* nunquam id adstruet quisquam, quod secundum Scripturas, solos designaverit Electos.

§. LII.

Sit omnino, vide p. 586, ad ABRAHAMUM facta promissio, fore eum puta, *multarum Gentium Patrem*, atque in semine *benedictum iri omnibus Nationibus terræ*; Fuerit *PATER omnium credentium in præputio & circumcisione*; tribuatur & tandem Abrahamo *hæreditas MUNDI*; Ex contextu tamen nil aliud elici poterit, quam, quod *MUNDUS* intelligendus sit, aut de *complexu hominum promiscuo*, qui Ecclesiæ opponitur, aut de *loco*, qui omnes & singulos capit. Denn in diesen Worten Rom. IV. 13 - 16. hat der fromme Abraham von dem Gnädigen GOtt die Verheissung bekommen, daß Er und sein Saame solte Erbe seyn des herrlichen Landes Canaan, ja der gantzen Welt, welches seine geistliche Kinder die Gläubigen mit der Zeit bewohnen solten. Am allermeisten aber der zukünfftigen Welt, auff welche unter jenen Vorbildern, typice fürnemlich ist gesehen worden, und deren Paulus ausdrücklich gedencket Hebr. VI. 8. allwo dem

dem frommen Abraham und seinem Saamen ist behalten worden ein unvergängliches, unbeflecktes und unverwelckliches Erbe. 1. Petr. I. 4. Deswegen auch von ihm geschrieben stehet: Er habe gewartet auff eine Stadt, die einen Grund hat, welcher Bau-Meister und Schöpffer GOTT ist. Hebr. XI. 10. Vide D. GüNTHERUS. ad l. c. Neque vero in Fœdere Gratiæ ullum *Particularitatis* vestigium adparet: Nam si DEus id voluisset ad certam duntaxat & definitam Generis humani partem pertinere, hæc a reprobatis distingui debuerat certis nationibus, locis, aliisque notis. Atqui nil ejusmodi heic reperitur: *Ite in mundum universum*; *Docete omnes Gentes*. Quum contra Salvator, quando Discipulos velut experimenti causa, ad certa duntaxat loca ablegare vellet, iis designarit, quo accedere non deberent; Matth. X. 8. Conf *Illustris* DN. PUFENDORFII. *Jus Feciale Divinum*. §. *LXIIX*. p. 249. Nulla igitur ratione rem omnem absolvit DN. HONERTUS; Siquidem *MUNDUS*, dum *absolute* ponitur, Jo. III. 16. Cap. VI. 51. 2. Corinth. V. 19. non *omnis generis Electos*, sed *universos ac singulos homines mundi hospites* necessario significat. Ubi vero abs Electis Judæis distinguit Gentes, itidem reliquos omnes mundi hospites, in quantum Judæis oqponuntur, & Gentium nomine veniunt, intelligendi sunt.

§. LIII.

Recte igitur LIMBURGIUS ad locum Jo. III. concludere potuit & excipere adversus *Particularistas*, quod *loci illius conditio illam expositionem neutiquam ferat*, quia addatur, *ut OMNIS, qui credit non pereat, sed habeat Vitam aternam*; Inde enim liquere, quosdam eorum, pro quibus CHristus in Mortem traditus est, posse non credere ac perire; Siquidem alias ineptа esset locutio: Quod, cum de Electis id non concessuri sunt *Particularistæ*, sequatur, voce *MUNDI* etiam alios comprehendi, quam electos, *OMNES* puta *homines*; Scopus enim Divini Amoris erga omnes homines, ex satisfactione JESU CHristi derivandus est, & quando de *Applicatione* hujus Satisfactionis quæritur, tunc nihil absolutæ necessitatis fin-

gendum est, ubi in se & sua natura omnia sunt *ordinaria*. Cum enim Voluntas DEI Sanctissima sit & ac semper sibi constans, ut in ea ne tantillum mutationis deprehendi possit, nec minima conversionis obumbratio dispaleſcat, quod Fœdus Gratiæ ex parte DEI firmum non sit atque immutabile; Unde & æternum ἀμετάθετον DEI Consilium passim appellatur. Quod autem in hoc negocio attinet ad alteram partem, ea homo est, cujus voluntatem, si consideres, profecto nullum est dubium, quin ista de facto totaliter excidere possit ex Gratia DEI. Nam apud omnes in confesso est, malitiam usque adeo innatam & connatam esse humanæ voluntati, ut illa, quantumvis regenita, semper tamen propendeat ad malum, quod suo exemplo nobis comprobat Paulus. Quod autem hominis etiam actu jam in Gratia constituti sublata sit libertas, quominus dissentire possit a DEO, exinde satis probari potest, quod alias actiones hominis Regeniti non morales forent. Neque enim vel in laudem vel in vituperium actio imputari potest illi, qui eam non potuit non committere. Ne dicamus, quod tot adhortationes, in Sacris literis obviæ ad constantiam in Gratia desuper concessa exstimulantes, id unum, ut libertate sua recte utantur pii, exigant. Quodsi itaque homo in Gratia constitutus & natura sua inclinat ad malum, & libertatem sese determinandi habet relictam, inde conficitur, quod in totum excidere is possit hac Gratia.

§. LIV.

Eodem modo ad locum Joh. III. 16. excipere potuit LIMBURGIUS, conf. HONERTUM *pag.* 587, quod ex eodem liqueat, quosdam eorum, pro quibus CHristus in mortem traditus est, *posse non credere ac perire*: Siquidem alias inepta esset locutio: Quod cum de Electis non concessuri sint id Reformati, sequatur, voce *MUNDI* etiam alios comprehendi quam Electos, &, ut nos dicimus, *OMNES homines*. Quamvis enim DN. HONERTUS illam consequentiam, tanta confidentia a LIMBURGIO propositam minime viderit; Nos tamen

tamen eidem *Cap.* jamdum *II. §. ſpeciatim V. & ſſ.* evidentiſſime monſtravimus ; Quomodo DEUS ad Amoris ſui ſcopum omnino perveniat, & quod hac ipſa Divina Veritate Sapientiſſimo Potentiſſimoque DEO injuria nulla inferatur. Hinc & non minus convicti ſumus, quod LIMBURGIUS ad locum 2. Cor. V. 19. potuiſſet probare, omnes, ad quos *Reconciliationis Sermo eſt miſſus*, *RECONCILIATOS* dici. Monſtravimus enim *Cap. II. ad §. XXXIV. XLI. XLIII. XLIV.* quomodo varia terra ſit explicanda, & quod fallat *Particuliſtarum* opinio, de *interna* & *externa* Vocatione, id itidem copioſius eſt evictum. Quid & habendum ſit *ſecundo*, de *multis*, ad quos *Verbum non pervenit*, ut eo *nunquam* audito *plures* miſerrime & vivant & pereant, vid. DN. HONERTUS *p. 588. ſ.* id non minus clare ac ſolide probavimus, atque eo quidem ipſo non recurrere habemus ad *non efficacem DEI Intentionem*, ſed ad *ſolam ONNISCIENTIAM NUMINIS* ; Quemadmodum & diſtinctionem inter *Acquiſitionem* & *Applicationem* ſatisfactionis Chriſti caute ſatis delineavimus ac lubenter concedimus, quod Epiſtolæ aliquot Novi Teſtamenti, *Catholicæ* dicantur, quia non ſunt inſcriptæ *certis quibusdam Perſonis, vel particularibus Eccleſiis, nec addatur illi nomen Regionis vel civitatis, ad quam in ſpecie ſunt directa, ſed in genere omnibus Chriſtianis inſcriptæ.* Videatur copioſius JO. GERHARDI *Commentarius ſuper priorem D. Petri Epiſt. in Prolegom. p. 3. ſſ.* ; Ita Argumenta nobis ſuperſunt firma, quod per *Reformatorum* explicationem hujus ac aliorum dictorum, *conſolatio omnis* auferatur.

§. LV.

In reliquis DN. HONERTUS breviori deductione cauſam ſuam demum munire intendit, & ſic, dum §. *XXI. p. 590. ſſ.* exhibet *CLASSEM tertiam*, quæ complectitur *ea S. Scripturæ Teſtimonia, ubi Salus & Merita* CHRISTI *referuntur indefinite ad peccatores, ut 1. Tim. I. 15. Luc. XIX. 10. Matth. XIIX. 11.*; Ibi vero adverſus LIMBURGIUM, qui adduxerat Argumentum ſatis liquidum, quod Scripturæ Dictio ſit *indefinita*, nullam habens *limitationem aut reſtrictionem*, ex qua appareat, ad

quosdam solummodo peccatores salvandum, *JESUM* in Mundum venisse, regerere ausus est; non modo *Impetrationem*, sed & *Applicationem Salutis*, ad *OMNES omnino homines* referendam esse, quoniam S. Scriptura de ea agens *indefinite HOMO & HOMINES* dicat, e. g. Rom. III. 28. Matth. IV. 4. 19; quin putat hac ratione concludi posse, quod nullum sit *cum hominibus exercendum commercium*, quoniam Servator dixerit Matth. X. 17.: *Cavete ab hominibus*; Quæ quidem omnia doceant, denominationes illas *indefinite* positas, non *universalem* horum operum extensionem, sed *veram subjectorum naturam* indicare, in quo quidem niti voluit | loco *Paulino*. Hebr. VII. 8.

§. LVI.

Tunc respondemus

a) quod Argumentum LIMBURGII rejici tam leviter non possit. Ex *C. Reformatis* enim DN. PETRUS RAVANELLUS. in *Bibliotheca S. p.* 716. *a.* negare non potuit, quod 1. *HOMO significet indefinite quemvis hominem & ponatur, more Hebræorum, pro omnis, quivis, quilibet, quisquis, seu unusquisque, aliquis, &c.* (*quæ significationes ex circumstantiis Textus discernendæ*) *vide Genes. II. 5. Exod. XXI. 18. & XXXIII. 11. Levit. I. 2. item XVII. v. 2. 10. 13. Ps. LXXXVII. 5. Ezech. XIV. 4. 7.* (*in quibus locis hæc vox homo seu vir reduplicatur*;) *Deut. VIII. 5. item XX. 19.* (*ubi arbor dicitur esse homini, id est, cuivis, sub expositæ.*) *Prov. XII. 2. Zach. XV. 5. Matth. X. 35.* (*quo in loco Matth. hominem significet unumquemque.* Quando igitur ex *Circumstantiis Textus* discernere debemus, num *indefinite* positum ibi inveniatur ac universale aut particulare singnificet? Tunc in solis est disco, quod

b) Dictum 1. Tim. I. 15. CHRISTUS JESUS *venit in MUNDUM, ut peccatores servaret*, exhibeat peccatores *universaliter omnes*, siquidem nemo unquam repertus est, qui non fuerit peccator; *Inepta namque est Particularismi glossa: JEsus CHristus venit in mundum ad salvandum non nisi paucos peccatores, solos peccatores electos; Quæ enim jactantia, semet præcipuum facere*

cere inter peccatores electos! Tum vero in terminis indefinitis, cum in Argumento utili ac lato adhibentur, Syncategorema universale est subaudiendum, quæ evidens ratio obstet, quæ hic nulla est, nam nuspiam Scriptura dicit CHristum pro solis mortuum esse electis. Rationes vero, quibus hoc suum assertum firmare nituntur Particularistæ, non sunt ejus momenti, ut propter illas tot Scriptura Testimonia in tristissimum rapere liceat sensum. Beneficia sunt, ex Jure Consultorum regula, in Interpretando amplianda; odiosa sunt restringenda. Videat. DN. SEVER. SCULTETUS. in *Paraphrasi continua ad N. T. l. c.*

§. LVII.

Nec alia est

c) ratio Rom. III. 28. Si ex *Circumstantiis* Textus enim consideratur, ubi de *Justificandis* agitur, tunc & clarum hoc redditur, quod non sit alia Justificationis ratio aut modus, quam Fides, & quod omnes, qui justificari volunt, hanc Oeconomiam Trinunius NUMINIS admittere debeant. Er redet der Apostel gar nachdencklich generice oder insgemein, der Mensch wird gerecht, anzudeuten, daß der gantze Mensch hie verstanden werde, nicht die Seele allein; Denn die Sünde hat den gantzen Menschen eingenommen . . hernach so wil er auch durch dieses allgemeine Wort andeuten, daß alle und jedwede Menschen hierdurch zu verstehen, welche nemlich das vorgeschriebene Mittel brauchen, sie seyn jung oder alt, sie mögen gelebet haben, in Alten oder Neuen Testament. vid. D. GüNTHERUS. ad *l. c.* Nec.

d) apud Matthæum Cap. IV. 4. ex *Circumstantiis Textus* aliud quid inferri potest, quam quod per *indefinite* positum Vocabulum: *HOMO*, intelligantur *OMNES* ac singuli homines, qui *non solo pane vivunt, sed ex quovis Verbo prodeunte per Os DEI*; Quamvis & videatur locus Matth. IV. 19. loqui de *aliquibus* hominibus, siquidem Apostoli non ad omnes & singulos pertigerunt, nihilominus tamen, si ad *Intentionem* DEI respicimus, & observamus in N. T. nomen Ἀνθρώπων significare *speciem*, quando DEUS dicitur velle *omnium hominum*

Salutem

Salutem 1. *Tim. II.* 4 & CHRISTUS *omnium hominum SALVATOR perhibetur, ejusdem Epist. eod. Cap. vers.* 5.; *quando caro hominum distinguitur a carne porcorum* 1. *Cor. XV.* 39.; *quando mors & mortalitas tribuitur omnibus hominibus, Rom. V.* 12. *Hebr. IX.* 27. - - *& Apostoli eorumque successores* Ἀνθρώπων *seu hominum piscatores a CHristo vocantur, non potest non inde sequi, quod Ministerium Ecclesiasticum circa omnes, ut occupetur, constitutum sit.* Conf. *Rev.* WINSTRUPIUS in *Pandectis. ad l. c.*

§. LVIII.

Porro &

e) locus ille Matth. X. 17. causam nostram non impedit, facile enim concedimus, quod in eodem monitum illud; *Cavete ab HOMINIBUS*, restrictum ac referendum sit ad *malos ac improbos homines.* Ita quidem SPIRITUS S. istosmet nominat emphatice *HOMINES*, ut Ps. IX. 20. *Surge Jehova, ne invalescat HOMO*, XLIX. 21. *HOMO qui est in pretio, neque est intelligens, similis fit jumentis, qua intereunt. CXIX.* 134. *Redime me ab oppressione HOMINUM. CXXIV.* 23. *Nisi Jehova adfuisset nobis, cum insurgerent contra HOMINES; Tunc vivos absorbuissent nos, exardescente ira eorum in nos. Job. XI.* 11. *Ipse novit HOMINES vanos & videns nequitiam, annon consideraret? Dan. VII.* 8. *Et ecce oculi similes oculis HOMINIS (astuti & callidi) erant in cornu isto;* Sed τῶν ἀνθρώπων *nomine h. l. intelliguntur, non HOMINES absolute & simpliciter, seu quivis homines; vel in genere omnes; sed HOMINES secundum quid, improbi, infideles, non renati, furiosi, atque persecutionibus sævientes. Istud hominum genus cavere jubet Dominus, idque non perfectionis, sed præparationis causa.* vid. Idem WINSTRUPIUS. *ad l. c.* Tandem &

f) nihil inveniet DN. HONERTUS in *Locis* Hebr. VII. 8.28: Nam si ex *circumstantiis Textus* causa dijudicatur, tunc de *SACERDOTIO Levitico* agitur, in quo invenimus *subinde* illos morientes & successore indigentes, nec *ullum* deprehendimus, qui semper vixerit, ea propter ergo omnes, qui hoc Officio defuncti sunt, dicuntur *morientes homines*, vel quod *singulis diebus* aliqui ex *LEVITIS* morererentur, vel quod

quilibet

quilibet dies de vita aliquid detrahebat, & morti *eos* propiores reddebat. Videatur D. SEBAST. SCHMIDIUS *ad l. c. pag.* 721.

§. LIX.

Verum ratio etiam nobis habenda est *CLASSIS Quarta*, quæ complectitur *ea S. Scripturæ Testimonia, ubi Salus & Merita* CHRISTI *referuntur ad eos, qui pereunt*; ut Ezech. XIIX. 32. XXXII. 11. Jo. X. 12. 15. 18. Rom. XIV. 15. 1. Cor. IIX. 11. Hebr. VI. 4. X. 29. 2. Petr. II. 1, vid. p. 592. ſ. ſ. Ubi quidem ex *hypotheſi* DN. HONERTI, hæc loca ſingula *ſeorſim* examinata, nullum nobis præſidium attuliſſe, ſibi perſvadere voluit §. XXII. p. 593. Sed quantum judicare valemus, nec DN. LIMBURGIO nec *Nobis* ſufficit, quod DN. HONERTUS adſtruat, ubique puta, docere *C. Reformatos, delectationem atque complacentiam DEI, non in morte ſed in ſalute peccatoris conſpicuam eſſe p.* 593: Recte enim LUTHERUS ſcripſit *T. IV. Altenb. p.* 428. *b.* Es iſt GOttes ernſtlicher Wille und Meynung, auch Befehl von Ewigkeit beſchloſſen, alle Menſchen ſeelig, und der ewigen Freuden theilhafftig zu machen, wie *Ezech.* am *XIIX.* Capitel klärlich gemeldet wird, da Er ſaget: GOtt will nicht den Todt des Sünders, ſondern daß er ſich bekehre und lebe, &c. Juvat & LIMBURGIUM adduxiſſe *Locum* Pſ. V. 5. Non DEUS *volens iniquitatem, TU es.* Quicquid etiam ſit de *reliqua* opinione Limburgii, Argumentum tamen inde nobis manet firmiſſimum, quod, ſicuti per *negationem* proponatur DEI Juſtitia, *majori cum aſſeveratione*, quaſi diceret vehementiſſime & extreme univerſam iniquitatis congeriem averſaris; Ita etiam חפץ volens ducit nos per gratioſa Exempla, conf. Geneſ. XXXIV. 19. Eſther II. 14. VI. 6. Deutr. XXI. 14. cum negatione ſua, ad *ſummam* e converſo *nauſeam* & *deteſtationem*, Conf. GEIERUS. ad *l. c.* Quousque ergo peccator eſt objectum, in cujus morte *non delectatur DEUS*, eousque & contra DEUS intenſiſſime vult *OMNIUM* peccatorum ſalutem; & abſurdum eſt, decidere, quod DEUS *decernere ea poſſit, quibus non delectatur*; Non enim *contumaciam PHARAONIS decrevit unquam*, nec ex locis Exod. IX. 16. & Rom. IX. 17. id

unquam probabitur. Videatur D. WEIDNERI. *Modesta Articulorum Fidei Vindicatio adversus Irenicos recentiores. p. 505. ff.*

§. LX.

In firmo etiam tramite nullo mansit DN. HONERTUS, §. *XXIV. p.* 594. *ff.* ad *LOCUM.* Jo. X. 12. 15. 18. Bene enim D. PFAFFIUS inferre potuit: *Sit porro & hoc, CHristum animam dedisse pro iis, quas nemo rapiet de Ipsius manu. Comm.* 28. *tamen & pro iis Animam dedit, qui rapiuntur a lupo. Comm.* 11. *Ezech. XXXIV.* 5. *Nec sequitur* CHRISTUS *est mortuus pro Electis, ergo non est mortuus pro reprobis; Quemadmodum non sequitur* CHRISTUS *dedit Se pro PAULO Gal. II.* 20. *ergo non pro JOANNE. Unius Positio non est alterius exclusio. Omnes enim oves perditas quaesivit. Matth. XIIX.* 11. Nil siquidem valet hic *OBSERVATIO I.* DN. HONERTI, quod puta, CHRISTUS *eas oves, quae rapiuntur a lupo, ex iis, pro quibus Animam posuit expresse excludat.* Qua enim conscientia id asseverabit? Nonne siquidem Hebr. XIII. 20. s. CHRISTUS vocatur *Pastor ovium* DEI *magnus*, eo quod cura salutis omnium hominum, Ei est commissa? Quod & per oves *raptas* intelligantur *homines*, in aprico est, sed ad hoc attendendum est, quod PAULUS eosdem dixerit, pro quibus *Sanguinem Suum* CHRISTUS *fuderit*, & cum quibus *Testamentum peculiare* fecerit: Wir wissen also, daß bißweilen alle Menschen, bisweilen nur die Gläubigen die Schaaffe Christi genennet. Auff die erste Art werden sie betrachtet, in Ansehung der Erwerbung, auff die andere aber auch in Ansehung der Zueignung. In jenem Verstande sind alle Menschen Schaaffe. Wir gingen alle in der irre wie Schaaffe, Es. LII. 9. In diesem aber nur die Gläubigen alleine Jo. X. 7. Es thut wenig, ob wir sagen das Wort: Schaaffe stehe hier in der ersten oder in der andern Bedeutung. Doch wollen wir es lieber in dem ersten Verstande annehmen, weil das Wort billig in seinem allgemeinem Begriff und Weite genommen wird. Vid. D. F. J. LÜTKENS in den *Miscellan.*-Predigten *II.* Theils *p.* 407. Non ergo excludit *oves raptas*, sed eas vere includit, quantum ad *Satisfactionem & Redemtionem* attinet.

§. LXI.

§. LXI.

Eodem modo *OBSERVATIO II.* DN. HONERTI. *p.* 595. secundum Contextum valere non potest, ex hoc medio Termino, quia *rapta a lupo oves v.* 12. *non Pastori, sed mercenario tribuantur*, qui, *qualis fuerit?* disci possit ex Ezech. XXXIV. ubi *toti Judaeorum Hierarchiae* vitio id versum sit, quod *multa oves ferorum factae sint rapina*; id ergo, quod *quibusdam*, quin & *multis* in ea natione evenit, *ad emtas a* CHRISTO *oves in specie* transferri minime posse. Nam & hic respondemus

a) nota est Sententia Aliquorum, qui per *MECENARIUM* non intelligere volunt *quaestuarium & lucripetam, qui de conscientia aut fama parum solicitus, turpi solum φιλοκερδείᾳ ducitur*; Sed cum mercede conductus Pastor *bonus etiam* esse possit; Hinc intelligunt hic per Mercenarium, quemcunque Pastorem, oppositum *REDEMTORI*, qui *solus Animam posuit pro ovibus*; illius enim mercenarii nunquam fiunt oves, qua *Personam* puta, suam, a qua non suspenduntur, sed solummodo qua *officium ministeriale*, quo nomine Christi; & ceu, Ministri ac causæ ministeriales defunguntur. Hac ergo ratione illis ovium nulla, veluti propria, adscribi posset. Sed tam *servatae*, quam *raptae* soli Illi genuino Pastori, JESU CHRISTO vindicari deberent, exclusis mercenariis tam titulo sive occupatione, quam administratione talibus, imo & iis, qui munere sibi commisso fideliter defunguntur, CHRISTUS etenim Solus *vere posuit Animam pro ovibus*, h. e. pro omnibus hominibus 1. Tim. IV. 10; Nec loquitur ibi (b) CHRISTUS exclusive oder Ausschliessungs Weise, wann Er spricht: Ich lasse mein Leben für die Schaaffe. Denn daraus folget nicht: Ergo allein für die Schaaffe, wie, wann CHristus gesagt hätte: Ich habe meine Schaaffe erschaffen, (vid. Ps. C. 3.) solte daraus folgen: E. hat Er nicht alle und jede Menschen erschaffen. Eodem modo Ezech. Cap. XXXIV. exhibetur comminatoria concio contra Pastores infideles a v. 1. ad 10. & his opponit Se Messias a vers. 11. ⁊ ⁊ 16. unde tamen concludi poterit nunquam, quod non sit *REDEMTOR OMNIUM*, qui *JUDEX* futurus est *distinctorum* deinde hircorum ac ovium.

CHristo siquidem peculiariter ratione svavissimi sui Officii Salvatorii ac universalis, *PASTORIS* appellatio & actiones tribuuntur. Ps. XXIII. 1. Conf. I. 7. II. 16. VI. 2. Ezech. XXXIV. 23. XXXVII. 24. Mich. V. 3. VII. 14. Zach. XIII. 7. Jo. X. 11. Hebr. XIII. 20. 1. Petr. II. 25. V. 4.

§. LXII.

Tandem & *OBSERVATIO tertia* DN. HONERTI, p. 596. adlata, cessat; *Quia* puta, *Electi* & *Reprobi* non tantum distincta, verum etiam *opposita* sint subjecta. Respondemus etenim

a) homines, homines rationales, homines Jure Naturæ dotati, immo homines Imagine Divina instructi, fuerunt utrique, Electi ac Reprobi, quomodo igitur, *Speciem humanam* migrare possunt reprobi?

b) Etiamsi jam *ante jacta mundi fundamenta* DEUS elegerit aliquos & alios rejecerit, eo tamen ipso DEUS speciem humanam dirimere non voluit, ut ex reprobis faceret non homines, vel homines diversi generis, quin potius

c) *toti humano Generi lapso*, *REDEMTOREM* invenit ac dedit, qui consummatissima Sua Satisfactione omnes ac singulos expiaret & conciliaret, indeque plane duhitandum non est, quod &

d) Media Salutifera constituerit ac dederit omnibus ac singulis, ut ad Gratiam illuminantem ac inhabitantem indiscriminatim, dummodo ipsi vellent, pertingerent, immo aliquando,

e) contingere potest, ut *Reprobi* diutius persistant in Gratia Illuminante simul ac Inhabitante, quam ipsi *Electi*. Quæ igitur

f) causa esse potest, qua motus est DN. HONERTUS ut effingeret Electos ac Reprobos sub specierum ac generum oppositione? Quemadmodum etenim sub finem vitæ ac mundi manifestabitur demum distinctio inter Electos & Reprobos, eo quod hi sunt finaliter *impœnitentes*. Rom. II. 7. ff. *incredeli*. Jo. III. 18. f. *Fidei fructibus carentes*. Matth. XXV. 21. f. & *Evangelium contemnentes*. Jo. III. 6. 2. Thess. I. 8. conf. Prov. I. 24. Esa. LXV. 2. ff. Matth. XXIII. 37. Marc. XVI. 26.

Act.

Act. VII. 51. XIII. 44. 46. Rom. XI. 20. 2. Theſſ. II. 10. 1. Petr. II. 7. ſ., ita *abſoluta* Calvino-Reformatorum Reprobatio adverſatur DEI Bonitati, repugnat Divinæ Veritati, Juſtitiæ & Sanctitati, tollit omne ſolatium, & repugnat prædicato Verbo. Homines vero dum reprobat, eo ipſo tamen eosdem ex ſpecie humana non transformat & transmutat ut electi & reprobi fiant plures & oppoſiti ſpecie tales. Conferatur proliximſſima Deductione, D. RHAWE. in *Theol. Pol.* p. 250. *ſſ.* Cujus interea deliquii reus declaratus eſt D. PFAFFIUS, eodem ſemet Ipſum facili expoſitione exitrcare & cauſam omnem ſolide ſatis vindicare poterit.

§. LXIII.

Sed & poſtea DN. HONERTUS pravam rationem §. XXV. p. 596. ſſ. habuit loci Rom. XIV. 15. *eſca tua illum non perdito, PRO QVO* CHRISTUS *MORTUUS*; Quamvis & ſit opinatus, quod Se tutari potuerit ex *Collatione Hagienſi*, TRIGLANDIO, TURRETINO & *Aliis*, dummodo de Verbo: ἀπόλλυμι venditaſſet, quod pro vario Subjecto, cui tribuitur, varium etjam ſenſum habeat; Sicuti Matth. X. 28. & Jac. IV. 12. Soli DEO tribuatur, & ex ipſius ſententia hic exponi debeat per *triſtitiam*, qua debilem afficiunt fratrem, quicunque per libertatis abuſum, ei ſcandalum objiciunt. Nos tamen & adhæc reſpondemus.

a) probe novimus, quod talia ſint prædicata, qualia permittuntur eſſe a ſuis ſubjectis; Verum

b) hic non adeo de varia aceeptione vocis verbique *perdere*, quæſtio inſtituenda eſt, qnam ut potius inquirendum ſit; Quinam ſint illi, qui *perdi* poſſunt? tales ſcilicet, pro *QUIBUS* CHRISTUS *MORTUUS EST*. Quomodocunque enim *PARTICULARISMUS* hic ſe varie torqueat, ut vim verborum illudat; dum Alii eadem ſic explicant: *Ne reddas pium CHriſti Confeſſorem in fide debilem, & peccatis infirmitatis obnoxium, ſalvo Statu Fidei & Gratiæ, cum pro eo CHriſtus ſit mortuus vere.* Nihilominus hæc explicatio 1.) non ſatisfacit Voci: ἀπολλύειν, Homines enim fidem vivam retinentes, venia,

consequenter justihabitione, adoptione, & favore DEI constanter fruentes, non sunt homines ἀπολλύμενοι. 2) Tum vero Textus non loquitur de solis peccatis infirmitatis. Alii sic explicant: *Ne redde pium Christianum Fidei vivæ Veniæ & Adoptionis expertem ad tempus: Ne afferto ei æternum exitium, quamvis illi obnoxius fieri nequeat. Christus enim pro eo mortuus est.* Verum 1) neque ad tempus neque in perpetuum perdendus est proximus nostro scandalo. Textum ergo ad certum tempus restringere non debet. 2) Si pii perire non possunt in perpetuum ob specialem DEI curam, ineptum est, quemquam ab iis in perpetuum perdendis dehortari. 3.) Stante hac explicatione, Decretum Dordracenum corruit, quo statuitur, homines, semel justificatos, nunquam excidere Statu Justificationis. Alii sic explicant: *Ne perdas illum hominem, CHristum profitentem, sive ille πρόσκαιρος fuerit sive ex Electorum numero. Christus enim pro eo mortuus est vere, si Electus est, mortuus est pro eo nonisi, ex falsa tua persuasione, si πρόσκαιρος est.* Verum hæc explicatio plane enervat vim Paulinæ Dehortationis. Promptum enim est, Particulariſtæ, scandalum danti, hæc regere: Cum CHristus pro paucis tantum hominibus sit mortuus, nullum certo redemtis annumerare queo. Quæ ergo a Redemtore petitur Dehortationis ratio, non satis me stringit. Tum vero ipsa spuma levior est hæc dehortationis ratio: *Quod ego mihi falso persuadeo, Christum pro hoc, illo, isto homine esse mortuum.* Contrarium potius ex isthac dehortationis ratione fluit, sequenti modo: *Noli nimis ad animum vocare, quod hunc illum istumve hominem per scandalum perdis. Est enim filius perditionis. CHristus pro eo non est mortuus. Multum erras, dum tecum judicas, eum fortassis esse ex numero Redemptorum. Si foret, perdere non posses. Hoc pro certo habeas.* Videatur SCULTETUS. in *Paraphrasi perpetua ad l. c.* Capiat exinde DN. HONERTUS responsionem ad ea, in quibus simili modo fluctuare voluit.

§. LXIV.

Opinari inter hæc pergit DN. HONERTUS §. *XXVI.* pag.

pag. 598. ff. se de *locis* Hebr. VI. 4. 10. v. 29. *Cap. II.* §. LXIII. dixisse, quod satis sit; Sed & nos itidem ad loca exhibita diximus, quæ sufficiunt, ad refellendum Particularismum; Dum ergo transitum nunc facit ad maxime vexatum *LOCUM.* 2. Petr. II. 1. *Fuerunt autem etiam Pseudoprophetæ in populo, ut etiam inter vos erunt falsi doctores, qui introducent hæreses exitiales, etiam DOMINUM, QVI ILLOS MERCATUS EST, ABNEGANTES, accersentes sibi ipsis celerem perniciem*, tunc ibi videndum est, quid solidi aut caduci attulerit DN. HONERTUS? Diffiteri ergo non potuit & lubentissime fassus est, quod hic locus, se juvenem, diu multumque exercuerit. Et deinde significat, quod, quanta potuerit diligentia, examinaverit eundem, ac subductis rationibus, atque inspectis, quos nanciscí potuerit, συγγραφοις omnibus, in eam tandem aliquando devenerit sententiam, varias *mercis* atque *mercedis* CHristi, quem per τὸν δεσπότην hic intelligendum esse fateantur, partes esse agnoscendas, quæ non confundi, sed bene a se invicem distingui debeant; Siquidem Christus non tantum *meritus sit* solum Electorum possessionem, verum etiam, *maximum relata ab hoste victoria triumphum.* Inter hujus autem triumphi documenta insignia illud ponit, quod *ipsi etiam inimici ad vehendum currum triumphalem adhibeantur*, ita, ut non soli amici, sed etiam *hostes nolentes*, & propter Merita Christi *coacti*, Evangelium adnunciare debeant. Siquidem hi isti sint inter alios etiam hostes, qui *simulate se Regi atque Ecclesiæ subjiciunt.* Hi statuuntur & ipsi, esse inter *contumaces*, quos *apud se habitare* Victor Messias faciat. Ps. XLIX. 9. quorsum & refert *homines*, qui conficiendæ arcæ Noachicæ adhibiti, sed tamen per eam servati non sunt; *Corvum* item, qui panem & purissimum cibum suppeditaverit Eliæ, *plures* non minus Oeconomiæ V. T. Sacerdotes, Levitas ac Pontifices, qui etiamsi a vera sanctitate alieniissimi fuerint, rei tamen divinæ sint adhibiti, ut nec *Judam proditorem* dimittere hic voluerit: Multum gloriatus in explicatione uberiori D. GÜRTLERI & TURRETINI.

§. LXV.

§. LXV.

Aſt nec in artificioſis talibus venditatis, convincimur ullo genuino argumento.

a) enim *HÆRESES perditionis* ſeu perdentes & æternæ perniciei cauſas, invenimus tempore PETRI inter illos, qui ceu *ſpurii* doctores CHRISTI Nomen profitebantur quidem, ſed & negabant, Eum eſſe Verum DEUM: Alii negabant, Eum eſſe Verum Hominem: Alii negabant, Eum pro peccatis noſtris ac pœnis, DEO per mortem Suam ſatisfeciſſe, negabant, Eum pro nobis humile obſequium Præceptis Legis præſtitiſſe; qui negabant, nos propter CHriſti Meritum prævia contritione ac Fide Viva, juſtificari, adoptari ac ſalvari; urgebant, propter noſtram piam divinarum Legum aſſervationem, hæc nobis contingere beneficia. Alii alias etiam magni momenti res, Dominum JESUM concernentes, negabant, & *in tantum*, ac hoc reſpectu, dicuntur DOMINUM, qui *eos emerit*, *negaſſe*, utut alia eaque, egregia de Eo ſint profeſſi. Videatur DN. SCULTETUS. *ad loc. cit.*

b) quod ad *Sententiam* DN. HONERTI attinet, tunc ſatis crude dicitur, quod retulerit CHRISTUS ab *hoſte Victoriæ triumphum.* Triumphus enim ſpectat ad *STATUM Exaltationis*, in quo de Chriſto ſincerius dici non poteſt, quod SIBI *aliquid meruerit*, Domino enim JEſu CHriſto ſtatim poſt conceptionem ac Nativitatem jam debebatur ac decretus erat *Thronus Gloriæ ſecundum CARNEM*, propter mutuam Naturarum Unionem. Acceſſit demiſſum Ipſius obſequium, in Salutem Generis Humani, tum vero Ipſius CHriſti reſpectu, Namque non ſola Naturarum Unio, ſed & demiſſum CHriſti θεανθρώπε Obſequium, a Deitate Ipſius ἰδιοποιούμενον, conjunctimque cum Unione Perſonali ſpectatum movit Patrem Cœleſtem, ad decernendos & conferendos CHriſto, ſecundum Carnem ſuam ſpectato, ſummos honores. Conferatur DN. SCULTETUS. *ad Philipp. II.* 9. & DN. D. FECHTII Diſputatio Theol. *De externa Nominis JESU per genuflexionem veneratione.*

§. LXIV.

§. LXVI.

Quid & dicendum est

c) de *horrida* illa locutione, quod *hostes*, *nolentes & propter Merita Christi coacti*, *Evangelium annunciare debuerint?* aliud exegit monitum 1. Petr. V, 2. ubi *Apostolus* hortatur: *Pascite gregem DEI, qui inter vos, ita ut eum inspiciatis, non invite, sed sponte, non cum inmoderato turpi amore, desiderio ac studio lucri, sed cum decenti animi proclivitate.* Certe! si hic de *fatalibus* & *absolutis* C. Reformatorum recensenda quæpiam essent, tunc satis congruam sortiremur occasionem. Dum siquidem multis argumentis asseveramus, quod DEUS aliquando *improborum Ministerio utatur*, qui Gratia *inhabitante*, non vero *Illuminante* destituuntur; de ista tamen & istiusmodi coactione, nec volam nec vestigium reperimus in S. Scriptura.

§. LXVII.

Quid & hic

d) faciet locus Ps. LXIIX. 19. Unde siquidem probare poterit DN. HONERTUS, quod de talibus *contumacibus* & de talibus *ad ministerium coactis* hominibus, res fuerit Spiritui S. Nos enim in hocce Psalmo Prophetico excitandum MESSIAM *Triumphatorem* reperimus, & præcipue *Adscensionis* Beneficia vel ipsis manibus palpamus, dum Redemtor noster, sedens ad Dextram DEI, *DONA* pro *HOMINE* accepit, pro quolibet scilicet *Adamigena*; Nomen namque אדם non individualiter, sed *appellative* hic poni, pro tota hominum multitudine, colligitur, ex (ה) emphatico (cujus character Kametz sub ב) nomini hominum proprio præfigi non solito; nec vero tantum *generatim*, pro Genere Humano, verum etiam pro iis accepit dona, qui *malitiose* hactenus Regnum Ipsius oppugnarunt. Nimirum denominantur hic *CONVERSI* a termino a quo, sicut Rom. IV. 5. DEUS dicitur *justificare impium*, & quomodo *claudi dicuntur ambulare* &c. Ita & hic pro rebellibus Messias accepit Dona, non quatenus tales manent, sed qui tales sub initum fuerant, posteaq; vi Spiritus S. ad meliorem mentem adducti. Exemplo sint *crucifixores* illi Judæi Act. II. 37:

Item PAULUS. Cap. IX. 6. *Gentesque idololatræ* ac *alieni*. Eph. II. 11. Quemadmodum igitur his rebellibus, si in malitia perseverarent, statim a Principio Psalmi v. 2. ss. *Vindicta Divina* denunciabatur, ita nunc *conversis*, incomparabile illud beneficium venit, ut *habitent*, nimirum in Regno illo beato & Spirituali, omnibus bonis ac donis largiter mactati, e quo ejectionem vel exilium meriti fuissent optime. Vid. GEIERUS ad *l. c.* Corruit præterea

§. LXVIII.

e) cruda deductio, quod reprobi *ad MINISTERIUM* tantum sint *emti*; ex antecedentibus & plenissimo defectu probationis solidioris. Dicat enim TURRETINUS suo placito; quod vox δεσπότης *herum* potius & dominum significet, quam *Servatorem, cui competit Redemtio proprie dicta*: In propatulo tamen est, quod Vocabulum hoc designet *Creatorem*. Act. VI. 10. & *SERVATOREM* Judæ v. 4. Animus enim præjudiciis vacuus, facile animadvertit, posteriorem Articulum esse *demonstrativum*, per quem explicetur, quis sit ille μόνος Θεὸς nempe ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς - - Accedit Parallelus locus. Quod enim PETRUS Ep. II. Cap. II. v. 1. de falsis Doctoribus affirmat, quod puta, sint: τὸν ἀγοράσαντα αὐτοὺς δεσπότην ἀρνούμενοι (haud dubie hæc de Redemtore nostro accipienda) id JUDAS illis verbis, quæ audivimus profert. Negatio, cujus hic mentio fit, talis est intelligenda, quæ fit κατὰ τι seu talis, qua quis abnegat Christum, in quantum DEUS est & δεσπότης noster, quod omnes propemodum ætatis ejus feciśe hæreticos constat. Sententiæ huic, quæ laudata elogia Salvatori nostro tribuit, varii accedunt Patres. Præ aliis notanda sunt Verba DIDYMI *Alexandrini*, in *Enarratione in Epistolas Canon. Tom. IX. Bibl. P.*, ad hunc locum ita scribentis: *Animadvertendum est solum Dominatorem esse CHristum, eo quod Solus sit Verus* DEUS. *Sic, dum solus sit Dominator & Dn. JEsus, non expellit Auctoritate Patrem, dicens Ei, Domine Cœli & Terræ. Sic neque Pater, cum Solus sit Verus* DEUS,

extra-

extraneum facti a Vera Deitate Filium. Videatur D. FECHTII. exegetica Expositio *D. JUDÆ Epist. Catholicæ p.* 28.

§. LXIX.

Apertus est hic

f) lusus DN. TURRETINI, quando rationem illam sibi vindicare voluit; quod *Verbum* ἀγοράζειν *simpliciter de qualibet emtione & liberatione, dicatur.* Quid enim inde? Ex Contextu omnino judicandum est; num & Emtio objective sit generalis, quemadmodum *domum* vel *agrum* emimus? Num *lucrum* futurum secumferat? Conf. Matth. XIII. 44. Num vero generatim *Redemtionem* inferat? Id quod quidem clare dispalescit, quando Verbum ἀγοράζειν 1. Cor. VI. 20. VII. 23. 2. Petr. II. 1. Apoc. XIV. 3. 4. Verbum ἐξαγοράζειν Gal. III. 13. IV. 5. Verbum λυτρόσθαι Tit. II. 14. 1. Petr. I. 18; Nomina item ἀπολύτρωσις Col. I. 14. & περιποίησις Act. XX. 28. in causa salutis reparatæ adhibentur. Videatur CALOVII. *Socinismus profligatus p.* 385. *ff.* item *pag.* 485. *ff.* & D. SCHERTZERUS. in *Collegio Anti-Sociniano p.* 499. *ff.* Tandem

g) non impedimur per *exceptionem* TURRETINI, quod hic intelligabatur *REDEMTIO*, per quam *effugisse dicuntur inquinamenta mundi v.* 20. *per cognitionem Domini & Servatoris nostri*, per quam cognoverint viam justitiæ; quod non alio pertineat, quam ad liberationem ab erroribus & idololatriis paganismi, & Vocationem ad veritatem, a qua deficientes per apostasian suam, & introductionem Sectarum perditionis, dicantur abnegare Dominum, qui eos mercatus fuerat, & ad Ministerium suum vocaverat. Miramur potius, quod *Calviniani* tanta sententiarum *discordia* laborare, & nihilominus *certitudinem* Fidei suæ persvadere aliis ac omnibus velint. Quem enim fugit, quod *Polanus*, *Tossanus*, *Piscator* & *alii* hoc dictum esse velint non κατ' ἀλήθειαν sed κατὰ δόξαν, Quod *Polanus* & alii hoc intelligendum voluerint, quoad magnitudinem seu sufficientiam pretii, non autem quoad *efficaciam*; Quod alii inficiati sint, hic agi de Emtione CHristi, sed demum de *emtione DEI Patris*; Quod *Mo-*

linæus opinatus fuerit, non agi hic de Redemtione a Morte æterna, sed de *liberatione ab ignorantia & errore ac a tenebris Seculi per lucem Evangelii*; Quod & plures tandem Redemtionis vocem esse *metaphoricam*, ac nihil aliud significare quam simplicem liberationem contenderint, quæ absque interveniente vero Satisfactionis pretio facta sit, &c. Sed sicuti hæc omnia diu sunt a *Nostratibus* discussa ac enervata. Videatur D. J. GERHARDUS. in *Commentario ad l. c. p.* 175. *ff.* Addatur QVENSTÆD. *P. III. p.* 319. *ff.*; Ita novum illud commentum de *EMTIONE ad officium* non minus corruit, modo consideraverimus sequentia; quod quidem PETRUS 1. Epist. I. 18. s. se ipsum satis luculenter explicuerit. Videatur GERHARDUS. *l. c. p.* 181. *f.* Et præterea v. 20. non respicit Petrus *falsos Doctores*, sed impios quosvis. Conf. v. 9. 10. & sq. Quid & quæso præsupponit *liberatio ab erroribus & idololatriis paganismi & Vocatio ad Veritatem*, quæ semper ex intentione DEI & in sese, est salutaris, quam ipsam *Redemtionem* salutiferam? Quam & non insulsam Interpretationem gignit Particularismus, eamque hanc: *Doctores mendaces abnegant DEUM Patrem, qui eos per Verbum ab ignorantia & errore Seculi liberavit, non nisi in eorum graviorem reatum ac pœnam: Abnegant* JESUM *CHristum, qui eos noluit redimere, quem antehac perperam pro suo habuerunt Redemtore, quemque alii inepte hactenus putarunt esse eorum Redemtorem. Hujusmodi commentationes certe omnem Divinos Verbo succum subducunt, & nec cassa nuce sunt digne. Decennue pueri facile animadvertent, eas esse maxime jejunas, quamque frigidissimas.* Vid. SCULTETUS ad *l. c.* & *ad. v.* 20.

§. LXX.

His hactenus ambiguis & indiscretis abactis, nunc & sequimur DN. HONERTUM ac persequimur *CLASSEM* ejus adlatam *Quintam*, quæ *complectitur ea S. Scripturæ Testimonia, quibus universalem CHRISTI Intercessionem probare ex hypothesi Ipsius, nos adversarii tentamus, ut Esa. LIII.* 12. *Luc. XIII.* 8. *XXIII.* 34. Ibi vero *singula* examinaturus convertit se DN. HONERTUS ad locum *Esa. LIII.* 12, ubi de MESSIA dicirut, quod *pro defectoribus intercesserit*; putatque se satis in eo adver-

adversus nosmet firmari, dummodo dixerit, quod *illi, pro quibus CHristus intercedat*, distractive *defectores fuerint*, inde tamen *Intercessionis Universalitatem* non sequi, & per *defectores* intelligendos esse illos multos, *quorum Ille iniquitates gessit*, quousque *per sui cognitionem justos facit*, v. 11. Verum quemadmodum supra perspicue ac evidenter probavimus, quod per *MULTOS*, quorum iniquitates gessit, intelligantur *OMNES* homines; hinc & inde apparet, quod etiam illi *pravaricatores* sint *OMNES homines*; Recte & sic commentatus est D. J. FEURBORNIUS. in *Opp. Theol. p. 681. s.* Contra istam *absolutam & simplicem Intercessionis CHristi particularitatem calvinisticam sic argumentor: Christus vult, ut omnes homines salvi fiant, & ad agnitionem Veritatis perveniant*, 1. *Tim. II. 4. ergo & pro iis omnibus, ut salventur, & ad agnitionem Veritatis perveniant, intercedit apud Patrem: Quia ista Intercessio fluit inde, quod CHristus serio vult & expetit omnium hominum salutem &c. &c.* Addatur Fasciculus Diss. T. IV. Num. VI. VII. IIX. & IX.

§. LXXI.

Sed recipit se DN. HONERTUS ad locum *Luc. XIII. 8.* & opinatur, quod CHristus ibi veniam sit precatus atque obtinuerit *non omnimodam atque aeternam*, sed *aliquam* duntaxat *moram ac poenae in aliud tempus dilationem*, quam quidem petierit, non ut *parceretur* arbori, sed ut *impleretur gentis judaicae peccatum*, cujus haec arbor emblema erat, collatis Locis Genes. XV. 16. Matth. XXIII. 32. 1. Thess. II. 16. Sed respondemus nosmet: Applicanda est haec Parabola commode, idque hunc in modum: *Terra Canaan est DEI vinea egregia. Hic plantavit vites ac ficus, (in ficubus bonae indolis per totum annum adsunt ficus) totam hebraam nationem. Inter eas quam multae sunt steriles, non est in illis morata Verbi auscultatio, contritio, fides viva, novum obsequium. Hinc DEUS quidem quarit fructum in hac, illa, ista ficu sterili: vult, inquam, (male moratos Ecclesia hebraea cives recte semet gerere, eaque de causa accuratam vitae eorum rationem habet,) sed non reperit illum. Constituit vero Filium suum Unigenitum vinitorem, commisit illi, velut Redemtori generis humani, curam Ecclesiae hebraeae. Huic jam ex justa indigna-*

tione id dat negotii post annos aliquot, resipiscentia ergo frustra indultos, ut ficum quamvis sterilem extirpet, ut improbos Ecclesia cives per intempestivam miseram mortem e medio tollat, eo quod per tot jam annos male se gesserint, nec adhuc dum melioris sint conditionis, beneficiis quoque terra Canaan alii rectius frui queant. Ast Filius, cum factus sit pro totius mundi peccatis placamentum, petit uberiorem justa excisionis dilationem, propensus est ad conversionem & renovationem porro querendam, fodit circum arbores per varias calamitates, ad inutiles radicis fibras amputandas, nec prætermittit quicquam aliud eorum, qua ex ipsius parte ad illam procurandum requiruntur. Quodsi jam non resipiscetis, peribitis tandem misere tempore improviso. Videatur SCULTETUS. ad *l. c.* Conſpicuum ergo eſt, quod Salvator *omnia Media* tentare voluerit erga arborem, ut *fructus ferat & non pereat*; cum & totam Gentem Judaicam non damnabit DN. HONERTUS, quomodo ergo ex *Patientia* ſua ſuper eandem per aliquot tempus dislatam cupivit *pœnam æternam*? Nonne dicere potuiſſent hi, quorum pœna ſic demum dislata: Lieber GOtt, was hilfft uns das, daß du uns einige Jahre lang in der Welt leben läſſeſt, und wenn es auch tauſend Jahre wären, da du uns doch nach deinem unerforſchlichen Raht-Schluß ohne alle Gnade, endlich zur Höllen ſtürtzen wirſt: Gnug wäre es, wenn du uns deine Gnade würcklich angetragen, und in Geduld einige Zeit erwartet hätteſt, ob wir dieſelbige annehmen wolten; Denn ſo hätten wir deiner Geduld gemißbrauchet, und wären nicht um eines Raht-Schluſſes willen, ſondern um unſeres gottloſen Widerſtehens willen mit allem Recht geſtraffet und verdammet. Conf. 2. Petr. III. 9. Proindeque firmiter potius ſtatuendum eſt; *quod cum DEus differt ſupplicium, id non fiat hoc conſilio, quod approbet impietatem, quemadmodum impii indicant, ſed differt potius, quod placetur Intercessione Chriſti & omnium piorum, qui per Chriſtum Nomen DEI invocant, & differt, ut interea temporis colonus, qui eſt JEſus CHriſtus, Eccleſiam prædicatione Verbi ſui ſtercoret, atque peccatores ad pœnitentiam vocet. Nolo enim, inquit, mortem peccatoris, ſed magis ut convertatur & vivat. Et: Non miſit DEUS Filium ſuum in mundum, ut condemnet mundum,*

ſed

sed ut servetur mundus per Eum. Non igitur abutamur Bonitate DEI, nec colligamus nobis impœnitentia Iram in die Judicii, sed admittamus per Fidem stercationem Verbi DEI, ut respiscentes effugiamus venturam Iram, per Dominum nostrum JEsum CHristum, qui est, una cum Patre & Spiritu S. DEUS laudandus in Secula, Amen! D. BRENTIUS ad *l. c. p.* 764.

§. LXXII.

Iisdem chordis oberrat DN. HONERTUS ad Locum Luc. XXIII. 34. & quamvis concesserit, quod locus hicce majorem primo aspectu in se difficultatem habeat, nihilominus ex Verbis: *Nesciunt enim, quid faciant.* adstruere, molitur, quod non intercesserit, vel nunc etiam intercedat CHristus pro *perituris*, atque hac ratione probandum nobis sit 1) CHristum pro *omnibus* crucifigentibus hanc veniam rogasse: 2) Eorum, pro quibus id petiit, aliquem æternum *perisse*; cum alias manifestum evadat, quod hæc petitio pro iis, *qui, quid faciunt, ignorant*, fundamentum sit *libertatis*, qua & usus PETRUS, veniam promiserit iis, qui per ignorantiam in hunc errorem & scelestissimum illud facimus lapsi erant. Act. III. 14. - - 26. Verum, paucis & hic respondemus: Habes hic preces luculentissimas, a Dn. nostro JESU pro reprobis quam plurimis fusas: Quid vis amplius? Num adhuc negabis, eum esse totius humani generis Advocatum? Sed habet Particularismus etiam hic, quod ogganniat. Ajunt enim, Christum hic ut *pium hominem*, non ut *summum Sacerdotem* precari. Sed Resp. (a) E. CHristus, qua *pius homo*, seipsum, qua Sacerdotem, longissime superavit Misericordia, Philanthropia, Sympathia, Benignitate & Beneficentia? Egregia vero hæc est Theologia! (b) CHristus in postremis vitæ suæ diebus gravissimos sacerdotales suas oblit functiones; dum Semet Ipsum obtulit DEO pro hominibus in odorem gratum. Quod in his suis Functionibus Officii limites transilierit, ac pro iis preces fuderit, pro quibus eum, *ratione Sacerdotalis Officii* habita, precari non decebat, dictu est impium. Semper enim ille in omnibus suis actionibus Se stitit, juxta ductum τῆς πληρώματος τῆς Θεοτητος, & juxta instinctum Spiritus S. (quibus

nun-

nunquam caruit) intra Officii sui cancellos. Et licet aliquando, summa pathematum acerbitate inductus, cum expressa conditione rogaret, (Matth. XXV. 39.) *calicem a Se recedere*, ex affectu humano penitus innocente, confestim tamen his precibus, alias meliores & sublimiores substituit. (c) Pessimum nobis præbuit exemplum Christus, si pro iis voce sua DEum sollicitavit, pro quibus haud decebat DEUM ab Ipso implorari. Quam enim facile est, hoc imitari, atque adeo ex humano affectu contra DEI Voluntatem precari, officiique limites in precibus negligere. Sic E. particularismus facit CHristum peccati exemplum. Egregie! (d) citra dubium ille peccat, qui novit, hunc, illum, istum, hominem peccare in Spiritum S., nihilo secius pro illa veniam & salutem poscet. Christus norat, in improba hostium suorum caterva multos esse reprobos. Quodsi jam Sacerdotale Ejus Officium non permisit, pro reprobis supplici prece DEum adorare, tum ille profecto in hac sua oratione sciens peccavit, id quod dictu est nefandum. Hæc ut declinemus ἄτοπα, abominemur omnes Particularismum. Conf. DN. SCULTETUM. *l.c.* & addatur D. J. C. DANNHAUERUS. de *Septem Verbis novissimis in cruce. p. 4. ff.*

§. LXXIII.

Nostris curis hic non relictum est, ut *Remonstrantium* partes habeamus. Conf. § §. XXVIII. p. 604. ff. Satis & tutati sumus, quæ ad rem faciunt. *Quid* siquidem *oravit Christus?* non *maledictionem*, ut Noa. Gen. IX. 28. non *ursos*, ut Elisæus, 2. Reg. II. 24. non *judicium DEI*, ut David, 1. Sam. XXXIV. 13. non *ignem*, ut Discipuli CHristi, Luc. IX. 54., sed ἄφεσιν, *remissionem peccatorum*, ita enim Verbum ἀφίημι usurpatum legimus Matth. VI. 22. IX. 9. XII 31. XIIX. 27. *Pro quibus orat?* Pater, ait, ἄφες αὐτοῖς, non τούτοις, quasi tantum *lictores* intelligeret, proxime crucifigentes, sed *omnes* comprehendit, qui CHristum ἀναστανρόῦσι. Hebr. VI. 6. adeoque *omnes* peccatores, qui ἀφορμητικῶς aut προκαταρκτικῶς ad Sui crucifixionem juvarunt. Conf. Esa. LIII. 12. idque fecit, ut

ut (1) μακροθυμίαν ergo suos sangvisugos, & charitatem in omnes peccatores in apricum produceret: *Ipsi adversabantur mihi*, clamat Ps. CIX. 4. *Ego autem orabam.* Hinc *Sangvis CHRISTI loquitur meliora, quam Sangvis Abel*, Hebr. XII. 24. (2) ut relinqueret ὑπογραμμὸν fidelibus, atque sic demonstraret:

Pulchrius esse bonis inimicos vincere, quam si
Sanguineas statuas alta trophaea manus.

Nec sine fruge exemplum reliquit. Imitatus est Ipsum in simili mansvetudine *Proto-Martyr*, Act. VII. 48. PAULUS, Rom. IX. 3. JACOBUS, CHristi frater, qui e pinna Templi præcipitatus, confractis cruribus adhuc semivivus orasse fertur: DEUS *ignosce illis, nesciunt quid faciant. Cur orat?* ὃ γὰρ οἴδασι τὶ ποιῶσι, ignorantiam prætendit, quæ excusabit, Levit. IV. 13. non in totum, sed in tantum, ut constat ex Jo. XV. 22. Excusat scilicet plebis ignorantiam diminuentem: *Nesciunt*, inquit, i. e., non considerant peccati sui gravitatem. Excusat etiam ignorantiam aggravantem Seniorum & Sacerdotum, Act. III. 17. 1. Cor. II. 8. quatenus adhuc est remissibilis in oppositione peccati in Spiritum S., unde & *fructus* hujus Intercessionis se exserunt in nonnullorum conversione Matth. XXVII. 54. Act. II. 41. IV. 4. VI. 7. videatur DANNHAUERUS. *l. c. p. 5. s.*

§. LXXIV.

Quod vero, sicuti DN. HONERTUS §. *XXIX. p.* 606. venditat, non tantum *Remonstrantium* hypothesi, sed & rei naturæ repugnet, hæc *universalis Intercessio CHristi*, ex hoc Argumento, quia *CHristus Se a Patre semper audiri*, Jo. XI. 42. adseverat, indeque concludendum sit: *Si pro omnibus intercedit, tunc & omnes servantur*; id nullo nititur sano fundamento. Quemadmodum enim non demonstravit Cap. II. §. LXXV, quod CHristus *multos ab Intercessione Sua exulare significet*, ita & nos firmiter inhæremus longe saniori doctrinæ, quod admiranda scil. sit φιλανθρωπία Redemtoris nostri, qui ipsas suas preces, ad promovendam quorumvis auditorum conversionem ad-

hibuit, eoque flagravit desiderio conversionis hominum quorumcunque. Nec minor est DEI Patris φιλανθρωπία, Illi enim Gratiarum actio CHristi, etiam ob hunc scopum fuit quam acceptissima. Ut ergo Voluntatis Paternæ, & Suæ indentitatem probaret, mox pro consensu gratias agit, & addit: *Ego autem sciebam, quod semper Me audis.* Cum enim una eademque semper sit Patris & Filii Voluntas, quomodo aliter fieri potuit, quam quod cum JEsus Lazari resuscitationem animo concepisset, mox Pater etiam in eam consenserit. Atque hac de causa ne hac quidem gratiarum actione opus fuisset; sed propter turbam, quæ circumstat, dixi, ut credant, quod *Tu me miseris.* Hinc generalis regula desumi potest, qua de causa Salvator noster frequenter in Evangelio se humiliter submiserit, & humilia de se locutus sit: nimirum propter nos homines, ut ipsius verbis fidem habeamus, atque salvemur. Sic ergo semper potiorem habuit rationem nostræ salutis, quam suæ dignitatis, fidus hic hominum custos & amator. Sic ergo præmissa gratiarum actione mox suam potestatem præsentibus testatam fecit, & voce magna clamavit; *Lazare veni foras.* Vox magna, magnæ virtutis indicium est & non inquit, Lazare dico tibi in Nomine Patris mei cœlestis; sed absolute imperando, veni foras. Videatur *HARMONIA Evangelica Triumviralis, Lib. V. & postremo. Parte priori. Cap. CXL. §. III. p 331.*

§. LXXV.

Ast videre adhuc juvabit *CLASSEM Sextam* DN. HONERTI, quæ complectitur *ea S. Scripturæ Testimonia, quibus generaliter CHristo datos esse omnes, constat*; Et ibi quidem *§. XXX. ac XXXI. p. 606. ff.* pluribus denuo fluctitat ac repetit ea, quæ hactenus curate ac solicite discussimus, peculiariter & DN. D. PFAFFIO se opponere voluit, qui in causa sua abunde sufficiet sibi; Interea de locis a D. PFAFFIO adductis nempe Jo. XVII. 2. Ps. II, 8. Jo. XVII, 12, ut aliqua adhuc interponamus, non incommodum judicavimus.

Quod

Quod ergo ad *LOCUM* Jo. XVII. 2. attinet, tunc a CHristo dicente: *Quemadmodum Ei* (o Pater) *dedisti potestatem in OMNEM carnem, ut Vitam impertiatur æternam cunctis, quos dedisti Ipsi*, indicatur triplex Christi *REGNUM*, & quidem *POTENTIÆ Regnum* innuitur, dum mentio fit *potestatis in cunctam carnem* liberaliter Ipsi secundum Humanam concessæ Naturam. Hæc est illa excellens ἐξουσία, quæ Eidem data est *in Cœlo & in Terra*. Matth. XXIIX. 18. Pater quippe, ex amore, quo erga Filium flagrabat ferventissimo, omnia Ipsi *in manus dedit suas*. Jo. XIII. 35. & *cuncta pedibus Ejus subjecit*. Ebr. I. 8. Beatissimum *GRATIÆ Regnum* indicatur eo ipso, quo adfirmat Servator, se omnibus a Patre sibi per salutarem Evangelii prædicationem datis, *vitam* esse largiturum *æternam*. Glorioſissimum illud *GLORIÆ Regnum* designatur, quoniam Sospitator animarum nostrarum, vitæ, in qua istud positum est, æternæ meminit. Vid. *percelebris DN.* M. JAC. STAALKOPFII. *Ternarius Exercit. Theol.* §. *XX. p.* 26. *s.* His vero rite consideratis, consectarium illud DN. HONERTI tamen validum non manebit, nec unquam probabit, ex iis, quos Filio dedit Pater, *perire* neminem posse. Quam causam supra jam discussimus. Exposuit potius CHristus, quomodo peragatur judicium ac damnatio eorum, qui *nolunt credere in CHristum*. Scriptura passim in Prophetis, præsertim Esa. IX. pingit omnes *ignaros Christi*, tanquam si sedeant in quodam horribili *carcere* tenebrarum, & in *umbra* mortis, & *CHRISTUS*, Sol justitiæ adveniens, eos ex illis horrendis tenebris educere conetur. Qui ergo *credit*, seu patitur, se ab Hoc Servatore, in lucem educi, is liberatur. Qui vero magis diligit tenebras, quam lucem, is ibi in suis peccatis, & horribili sathanæ, peccati ac mortis tyrannide æterno exitio computrescit. Sic igitur Judicium peragitur, seu homines distingvuntur, *servandi* a *pereuntibus*. Conferatur D. FLACII. *Glossa Compendiaria ad Nov. Test. super Joann. III.* 18. Addatur D. J. LÜTKENS. *Collegium Bibl. p.* 226. *s.*

§. LXXV.

Quod ad Locum Ps. II. 8. spectat, DN. HONERTUS.

pag. 116. *ſ.* illa Verba, non *hominum*, ſed *nationum* & *locorum* differentiam excludere arbitratur; tunc jamdum & illa ſunt discuſſa; Non poſſumus tamen non vere egregiam noſtram gloriationem, quam ex Univerſali Gratia ad omnes & ſingulos derivata, ſolatiſque concipimus, exprimere Verbis *Reverendiſſimi Danorum Archiepiſcopi* DN. JO. SVANINGII, *quæ in Commentario ad Danielis Caput IX. v.* 4. *T. II. p.* 468. ita conſignata ſunt: Et hanc Cœleſtis DEI Benignitatem, ſi eisdem Terminis metiri velimus, quibus *Apoſtolus* PAULUS CHRISTI Charitatem definit, Epheſ. III, 18, *Latior* eſt quam ut expendi queat Pſ. XXXIII. 5. *Longior* eſt, quam ut ejus exitum invenias Pſ. LXXXIX. 3. *Profundior* eſt, quam ut inveſtigari poſſit Num. XIV. 19. Neh. XIII. 22. *Altior* eſt, quam ut cœlorum ambitu concludatur Pſ. CVIII. 5. *Tenacior* eſt, quam ut DEI Memoria excidere poſſit Pſ. XCIIX. 3. *Valentior* eſt, quam ut vim metuat, Pſ. CIII. 11. & CVII. 2. CXVII. 2. *Melior* eſt, quam ut cum vita contendatur, Pſ, LXIII. 4. *Diuturnior* eſt, quam ut deficiat, Eſa. LIV. 10. *Numeroſior* eſt, quam ut ſub calculum poſſit revocari Exod. XX. 6. XXXIV. 7. Deutr. V. 10. *Accuratior* denique eſt, quam ut ullam in nobis partem transmittat, radiis ſuis non illuſtratam, nedum quemquam non amatura prætereat. Etenim non ſolum hæc DEI Benignitas *NEMINI MORTALIUM* denegatur, Tit. II. 11. Rom. XI. 32. Jo. III. 16. Ezech. XIIX. 31. ff. 2. Petr. III. 9. Verum ita etiam piorum commodo invigilat, ut pedes illorum ſervet, 1. Sam. II. 9. greſſus dirigat, Prov. XX. 24. aures aperiat, Marc. VII. 37. ff. oculorum vigilias teneat, Pſ. LXXVII. 5. dexteram apprehendat, Eſa. XLI. 13. immo omnes capitis noſtri pilos nonſolum in numerato habeat, verum etiam curæ Sibi eſſe velit Matth. X. 30. &c.

§. LXXVII.

Quod tandem Locum Jo. XVII. 12. concernit, tunc, ſicuti opinatur DN. HONERTUS, quod jamdum dixerit de eodem *Cap. II. §. LXIX. & Cap. III.* 5. *XXVI. XXXI*, ita quoque nos ad hæc iſta reſpondimus, quæ ſufficere poterunt. Et propterea hoc etiam tmema abſolvimus demum verbis *Dn. J. A.*

Frey-

Freylinghausen, qui in dem Hohenpriesterlichem Gebethe pag. 316. f. commentatus est: Sonst ist ja leyder! mehr als zu gewiß, daß aller Dinge mannige Schaaffe unserm Heylande, hier in diesem Leben wiedergenommen werden, und umkommen. Nicht zwar, als ob der Satan mächtiger und stärcker, als Der HErr JEsus; oder als ob desselben unsers Heylandes Gnade, sie bey sich zu erhalten, nicht kräfftig, oder auch sein Wille nicht ernstlich, noch seine Liebe sorgfältig, brünstig und feurig gnug wäre, solches zu thun, nein! das sey ferne auch nur zu gedencken! Sondern darin liegt vielmehr die Ursach solches Nehmens, und des daraus folgenden Verderbens, daß solche Schaaffe träge und läßig werden, in falsche, d. i. fleischliche Freyheit eingehen, das Wachen und Bethen hindansetzen, den Kampff gegen die Sünde auffheben, und die Waffen, womit sie dagegen streiten solten, niederlegen, die Fußstapffen ihres Vorgängers und Hirtens verlassen, und seiner Bewahrung, wider alle seine und seines guten Geistes kräfftige Warnungen und Bestraffungen, sich freywilliger und verwegener Weise entziehen; Er, Der HErr JEsus aber keinen durch eine gantz unwiderstrebliche Gewalt und Krafft, wie nicht erst zu Sich ziehen, also auch nicht bey Sich erhalten will. Conferatur M. H. STRAUS. die in dem Hohen-Priesterlichen Gebethe Christi erbethene Geheimnißvolle Verherrligung GOttes in Christo. ad *l. c.*

§. LXXIIX.

Progreditur ita DN. HONERTUS. §. *XXXIII. ff. p.* 612. *ff.* ad *CLASSEM Septimam*, quæ complectitur ea S. Scripturæ Testimonia, *quibus Universalem probari posse Vocationem existimant Lutherani, ut Matth. XXIIX* 19. *Act. XXVII.* 30. *f. Coloss. I.* 23. & putat, (I) quod distinctione illa inter *VOCATIONEM externam* & *internam* facta, causam suam satis bene absolverit; Sed de eadem & nos egimus supra, ut eandem eliminaverimus, quin decidimus adhuc confidenter cum QVENSTEDIO. *Syst. P. III. p.* 467. *b.* Distinctiones Calvinianorum *inter VOCATIONEM* 1. *externam & internam.* 2. *efficacem & inefficacem.* 3. *significationis & efficacia.* 4. *formalem & materialem.* 5. *oblata Gratia & indita Gratia*, 6. *precedentem &*

consequentem &c. hic exspirant, quia Promissiones Evangelicas reddunt incertas, omnis consolationis subvertunt fundamentum, & DEO pessimam attribuunt hypocrisin. Immo Gratiam inefficacem, seu non benevolam esse, implicat, & sic distinctio hæc Gratiæ se ipsam dejicit, involvit sapientiæ deliquium. Non enim sapientis est, offerre ex suimet auxilii defectu, frustrabilia Media. ORDINES Ultrajectinenses, in Decreto suo apud SAMUELEM THEODOTUM, in Henetico Dissecti Belgii, p. 99. imperant suis Pastoribus, ut doceant, non invitari quemquam a DEO ad Salutem, cui non dare decreverit.

§. LXXIX.

Nec salvabit opinionem suam DN. HONERTUS II.) illa sua *Confessione*, quod agnoscant C. Reformati Evangelii Verbum, *ad multas jam Nationes propagatum, ad alios porro Populos propagandum esse, donec impleatur terra Cognitione DOMINI, sicut aquæ operiunt alveum maris, Esa. XI. 9. Hab. II. 14. ita, ut nulla gens ab hac Vocatione, prorsus atque finaliter excludenda sit, quoniam altera quidem altera citius, sed tamen omnes tandem aliquando ad DEum vocandæ sint Zeph. III. 9.* Respondemus etenim, quod hæc ipsa Dicta ad primordia N. T. spectent, & in temporibus post CHRISTI Ascensionem, ac ad usque Panoletriam Hierosolymorum peculiariter sint adimpleta. Sicut & multoties jam defendimus, quod Gratia Universalis ad *omnes ac singulos* pertineat, ita illam successive propalatam vocationem Gentium, ex vano conceptu, de spe meliorum temporum, deductam plane ignoramus. Sicuti & meliorum temporum spem habemus *desperatam*, ita conversionem instare Gentium tam prægnantem, ante interitum adhuc hujus mundi, ægre persvademur. Qua & via sperari adhuc & promoveri debeat *Conversio Gentilium?* Quod & eadem non sit neglecta; id in Academia nostra feliciter absolvit *Summe Rev. & generosissimus Theol.* DN. A. J. de KRAKEVITZ. in *Dissert. Theol. de Conversione Gentilium hactenus nequaquam neglecta, speranda tamen ulterius & promovenda.* Hinc & innocens nostrum manet, ardentissimumque votum, ut Scholarum & Academiarum habeatur sanctior ratio, ac præparentur fideliter viri ac Doctores, qui in eventum talem, quo

Voca-

Vocatione legitima instruendi, ad exteras etiam Gentes vocati ab His, qui Majestate pollent & quorum dominio subjecti sunt infideles ac increduli, ordine ac modo decente mitti possint, & non more *Pseudo-Apostolorum* currant, quo nec missi nec vocati sunt, aut vocari jure quopiam possint.

§. LXXX.

Quid & juvabit (III) HONERTUM fluctuavisse, quod *internam Vocationem* Universalem agnoscere velit, quatenus ea *ad omnes omnino Nationes, non autem ad omnes in unaquaque Natione referatur, atque referri debeat amplius*; Siquidem *ex omnibus Nationibus suos quidem collegerit Dominus* JESUS *Malach. I. 11. Esa. LVI. 20. s. homines autem singulos, si spectemus, ad eos ne externa quidem Vocatio venerit.* Supra namque copiosius jam deduximus, quod *istorum*, qui *singuli* spiritualium & salutiferæ Vocationis non facti sunt participes, conditio illa sit, & de iisdem firmiter præsupponendum sit, tales istos singulos omnino coram Omniscio Numine manifestos esse, velut istiusmodi & nauci homines, qui repudiassent Media Salutis, minimum in mortis hora, etiamsi vel in medio Numinis gremio acquiescere ipsis datum fuisset, videatur D. WEIDNERI. *Colleg. Disp. p. 100. s. 181. s. & 297. s.*

§. LXXXI.

Quam & ludicra

(IV) est exceptio DN. HONERTI, quando de Evangelii Ministris venditat, *quod illi, Electionis Divinæ ignari, debeant omnes, quos possunt, quos vident, ad quos denique Scriptæ sua mittunt, vocare*; ex hac ratione, quoniam illis *externa tantum commissa sit Vocatio*: Crediderim etenim, ad nauseam patere omnibus ac singulis, Ministrorum Verbi longe aliam in Scripturis describi conditionem. Quicunque enim *erudiunt ad Justitiam.* Dan. XII. 3, qui *dant Scientiam Salutis.* Luc. I. 77, qui *aperiunt oculos Gentium.* Act. XXVI. 18., qui per Verbum DEI *convertunt.* Luc. 16., qui in CHRISTO *regenerant.* 1. Cor. IV. 15. IX. 1. Gal. IV. 19. Phil. v. 10. Christi loco *reconciliant.* 2. Cor. V. 18. ff. & *salvant.* Rom. XI. 14. 1. Tim. IV. 16. qui *ligant ac solvunt.* Matth. XVI. 19. XIIX. 18. Jo. XX. 23.

illi

illi certe non tantum ὑποριπῶς, *declarative annunciative* & *Vocatione externa*, ut sic cum Ministro accidat remissio electis, non vero per Ministrum; sed & *effective*, attamen ὀργανικῶς hæc omnia patrant. Quamvis ergo distingvere liceat Vocationem *externam* abs *interna*, dividi tamen & separari *eadem* nunquam possunt; & sicuti JOEL Cap. II. 12. ff. ad *pœnitentiam* cohortatur ac populum *solatur*, tum promissione *corporalium* beneficiorum v. 18. ff. tum *Spiritualium*. v. 28. ff. Ita Pœnitentiam urget a *singulis* individuis præstandam v. 12. ff. & a congregetione universa, hunc in finem instituenda; nam præscribit Officia *omnibus* in universum v. 15. *senioribus* v. 16. *puerulis* v. eod. *sponsis* v. eod. *Sacerdotibus* v. 17. Quid vero præstaret Officium Ministerii, si forma & virtus ejusdem, solum foret *externa*, *simulatoria*, aut hodegus demum ad *internam* Vocationem, quam DEus nec directam, nec effectam vellet in *omnibus* ac *singulis*? Omnibus certe in universum Misericordiam suam offert, omnes acclamat: *Convertimini!* ac proinde Officium ministeriale non tantum Vocatione *externa* pollet, aut nude tantum ad Vocationem internam respicit, sed hanc eandem omnibi in singulis hominibus introducere pollet, dummodo multi malitiosa sua resistentia non refragerentur.

§. LXXXIII.

Cur &

(V) B. D. FECHTIUS addere non potuisset: *Quæruntur a DEO primaria quadam cura, oves perditæ.* Luc. XV. 4. & quomodo DN. HONERTUS. §. XXIV. probavit, quod locus ille non agat de omnibus perditis ovibus? cujus contrarium occasione illa, jam satis & abunde a nobis demonstratum est; Quid denique inferet consequentia adlata. p. 614: *Si & verum id de omnibus ovibus esset, tamen verum non esset de omnibus omnino hominibus?* fallit eadem namque omnino, totum siquidem humanum genus, in quo omnes ac singuli sunt oves deperditæ, est *emtum* a CHristo, pro omnibus ac singulis eapropter *Sanguinem Suum* fudit, ergo etiam omnes ac singuli homines CHristi emptæ ac propriæ sunt oves. Gaudeamus igitur,

scribit

scribit AMBROSIUS ad l. c. *Quoniam ovis illa, quæ perierat in Adam, levatur in CHRISTO. Humeri CHRISTI crucis brachia sunt. Illic peccata mea deposui, in illa patibuli nobilis cervice requievi. Ovis illa genere est una, non specie. Unum enim omnes corpus sumus, sed multa membra. Et ideo scriptum est: Vos autem Corpus estis Christi, & membra ex membris Ejus. 1. Cor. XII. 27. Venit itaque Filius hominis salvum facere, quod perierat: OMNES scilicet, quia sicuti in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes vivificabuntur. 1. Cor. XV. 22. Dives igitur Pastor, cujus omnes nos centesima portio sumus, habet Angelorum, habet Archangelorum, Dominationum, Potestatum, Thronorum, aliorumque innumerabiles greges, quos in montibus dereliquit. Qui quoniam sunt rationabiles, non immerito hominum redemtione lætantur.* &c.

§. LXXXIII.

Sed ad Dicta Biblica

(VI.) peculiariter delabitur §. *XXXIV, p. 614. s.* DN. HONERTUS & locum Matth. XXIIX. 19. ex Marc. XVI. 15. & 1. Petr. II. 3. sic explicare molitur, ut non *singulos*, sed *omnem hominum ordinationem* generice designaverit. Nos vero post tot adducta adversus *Particularismum* solida Argumenta, satis id arbitramur, si cum M. M. C. WOLFFBURGIO. in *Observ. 55. p. 357.* docuerimus: ΚΤΙΣΙΣ, *CREATURA:* Hæc vox est *universalissimæ* significationis Rom. VIII. 39. οὐδε τις κτίσις ἕτερα: Enumeraverat jam fere Apostolus *omnes* res, nunc si vel quid aliud cogitari possit, vocat id τινα κτισιν ἕτεραν, & sic longe latius sumitur κτίσις in dicto Apostolico (sc. dum Angelos, Dominationes, Principatus, etiam quævis futura contingentia, accidentia in Regno Potentiæ DEI comprehendit, sive quodvis malum particulare, sive epidemicum, sive penitus universale, tanquam πανολεθρίαν mundi, quæ & hoc sensu improprie κτισις dici potest, licet sit αποςέρησις πασης κτισεως ουκ αιωνιου) quam in dicto CHristi Marc. XVI. 15. κηρύξατε το Ευαγγελιον πασῃ τῃ κτισει omnis enim universialitas est *restricta*, videlicet: Prædicate *OMNI*

 CREA-

CREATURÆ, quæ est capax gratiæ, adeoque excipe insensatos homines, angelos (sc. *proprie* & primaria intentione, nam respectu *secundaria* intentionis alias dicitur Ephes. III. 10. ινα γνωρισθη νυν ταις αρχαις και εξουσιαις εν τοις επουρανιοις δια της εκκλησιας η πολυποικιλος σοφια του Θεου. Confer. 1. Petr. I. 12.) creaturas, quæ non habent primitias spiritus, itaque κτισις hoc loco sumitur vel ανθρωποπαθως dum genus pro specie ponitur & homo κατ εξοχην dicitur creatura, vel συνεκδοχικως, sicut *EVA* dicitur *mater omnium viventium* (adde quod πασα κτισις Phraseologia Judæis eorumque Magistris usitatissima, denotet (a) *OMNES homines* v. c. in *Babyl Chetubh. fol.* 17. apud *MAIMONID.* in *Sanhed c.* 2. ubi το ואהבת הבריו & amor creaturam exponitur φιλανθρωπια, (b) Gentiles, Ethnicos της εξω in *Bab. Chagiga. fol.* 12, 2. & *Bereschit Rabba*: Sermo & preces של ברויות Creaturarum (Gentilium) sunt tantum pro rebus terrenis, preces vero Israelitarũ pro loco Sancto, adeo ut το κηρυξατε Ευαγγελιον πασῃ τῃ κτισει idem sit quod Matthæus 28. μαθητευσατε ΠΑΝΤΑ τα εθνη) Ita πασα σαρξ sumitur pro solo homine Genes. VI. 3. 12. Rom. III. 20. licet sit αλλη σαρξ ανθρωπων αλλη &c. 1. Cor. XV. 39.

§. LXXXIV.

De verbis

(VII.) Act. XVII. 30. s. quidem §. IX. egit DN. HONERTUS, sed & nos regessimus, quæ requiri potuerunt; Quibus id demum addimus, quod v. 30. reperiatur *occupatio*, qua respodet objectioni PAULUS; Sicut promptum est errantibus causam sui erroris in DEUM referre; *Si DEUS Nutu ac Directione Sua, actiones & omnia humna regit, quare hunc cultum gentibus usitatum tanto tempore pertulit?* Tractatur eadem quæstio Rom. I. 18. ex professo & perfecte, quam hic brevibus exprimit, ostendens, justo DEI Judicio relictos in ea *Cæcitate*, quam contra Veritatem in natura revelatam, sua sponte attraxerunt: DEum vero nunc, ex mera Gratia, annunciare hanc Veritatem mundo, ut omnes ab injustitia

ad

ad Veri DEI cultum per pœnitentiam convertantur. Nullum hic meritum præcedit, nulla disposítio; nec DEus ulla re alia movetur, nisi primo, sua misericordia, deinde miseria hominis, sicut clare docet Apostolus, Ephes. 2. Non est DEO *præfinitus certus numerus*, sed *HAC SUA GRATIA*, in Evanglio proposita, *OMNES HOMINES* complectitur, ac sine discretione, *OMNES* ad fidem vocat, 1. Tim. 2, 4. Confer Dn. Jo. C. Lenæi. Commentarius in Acta Apostolorum ad l. c. p. 127.

§. LXXXV.

Quod &

(IIX.) Rom. X. 18. non de omnium hominum *ordinatione*, sed de *GRATIA Universali* agatur, omnis contextus docet, PAULUS enim illo loco asserturus *UNIVERSALE* Præconium Evangelii, ab Apostolis factum, provocat ad Psalmum XIX. inquiens: *immo vero in omnem terram* &c. Hæc PAULI oratio non est pura puta allusio ad verba Psalmi, non est, inquam, mera arbitraria eorum accommodatio, omni probandi vi destituta; sed est accommodatio verborum Psalmi, habens in se *vim* probandæ assertionis Paulinæ *irrefragabilem*. Hujusmodi enim argumentum format Paulus, dum Verba Psalmi ad Apostolos applicat: Cœlum ex instituto DEI narrare debuit *universis* hominibus Ejus Gloriam: ideo sonora ejus vox, ejusque structura, cum amussi Sapientiæ Divinæ accurate congruens, exivit in *OMNEM* terram. Apostoli quoque cum suis synergis enarrare debuerunt ex Instituto DEI, Ejus Gloriam, eamque plane singularem, *TOTI generi humano*, cum illa id vel maxime mereatur. Negari ergo atque in dubium vocari id nullo potest Jure; quod etiam Apostolorum vox, quæ instar funiculi messorii; ingentem hominum numerum Christo est admetita & ad amussim Voluntatis DEI accuratissime adornata, in *OMNEM* exiverit terram. Confequenter, quod de Cœlo Psaltes asseverat, id etiam de Apostolis est quam verissimum, meritoque

que de illis vi effati istius Davidici affirmatur. *In omnem ergo terram exivit sonus eorum.* conf. Scultetum. ad l. c.

§. LXXXVI.

Nec tandem

(IX) ad locum Coloss. I. 23. extorquebit DN. HONERTUS, quod voluit; Sicut & D. GüRTLERI testimonium in hac deviatione, ipsum juvare non poterit. Rationi enim bene formatæ, & Fidei revelatæ, magis conveniunt ea, quæ D. BULLUS. in *RESPONSIONE ad quasdam animadversiones in Harmoniam Apostolicam. p. 38. sq.* attulit, his quidem Verbis: *Restrictio & limitatio Satisfactionis JEsu CHristi ad CERTAS quasdam personas, repugnat tum innumeris sacræ Scripturæ testimoniis iisque luculentissimis, neque enim pro ullo fidei nostræ articulo allegari possent loca clariora iis, quæ pro universali Servatoris nostri propitiatione afferuntur) tum unanimi veterum catholicorum Doctorum consensui, tum denique constanti & ubique sibi consentienti Ecclesiæ nostræ Doctrinæ.* Quid multis? *Si CHristus non est pro omnibus mortuus, tum vanum est Evangelii Præconium, vana quoque est Fides, quæ in Evangelio omnibus præscribitur, quibus illud patefactum est, Munus enim prædicandi Evangelium Apostolis a CHristo datum fuit, his Verbis: Ite & prædicate Evangelium OMNI Creaturæ. Cujus mandati ea est vis eaque latitudo, ut si quis unus Prædicator posset TOTUM ORBEM obire, atque OMNES ac SINGULOS mortales conuenire, liceret illi CUIVIS homini Christum offerre, & sub conditione Fidei salutem per Christum obtinendam annunciare & promitteee.*

§. LXXVII.

Pergit D. BULLUS: *VOCATIO autem seria ad credendum præsupponit objectum paratum, in quod credendum. Si enim ille vocaretur ad fidem in* CHRISTUM, *pro quo CHRISTUS non est mortuus, fides in FALSUM objectum, immo NULLUM plane, quod talem vocatum attinet, postularetur. Perinde enim se res haberet, atque si evangelicus Prædicator DÆMONEM aliquem humana specie indutum & inter homines versantem, vocaret ad fidem in* CHRISTUM, *& promitteret illi, si crederet, vitam æternam. Talis Vocatio ERRONEA esset*

esset ex parte vocantis & INANIS ex parte vocati, quia is vocatur, ad credendum in Christum, cui Christus ex ordinatione DEI non est applicabilis; Et illi promittitur salus sub conditione, cujus etiamsi credere supponeretur, salus tamen denegatur, ob defectum hostiæ & pacti ad illum pertinentis. Porro: *si* CHRISTUS *non est pro OMNIBUS mortuus, tum omnes simulatque illis innotescit Doctrina Evangelii de* CHRISTO *Redemtore, mortem ob peccata hominum sustinente, non tenerentur eo nomine ad gratitudinem & obsequium* CHRISTO *præstandum. Nulla enim est causa, cur dicamus, illos teneri ad gratitudinem, aut quævis obsequia præstanda ratione mortis* CHRISTI, *qui ab illo beneficio sunt omnibus modis exclusissimi. Neque igitur qnibusvis post patefactum illis mysterium mortis Christi vere dici potest, quod habetur 1. Cor. VI. 20. EMTI ESTIS PRETIO: GLORIFICATE DEUM in corpore vestro & spiritu vestro. Neque illud 2. Cor. V. 15.: Pro OMNIBUS mortuus est, ut qui vivunt, posthac non sibi vivant, sed EI, Qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Nisi enim* CHRISTUS *pro OMNIBUS mortuus intelligatur, semper erit incertum, & sapissime falsum illud fundamentum, cui Ministri Evangelii hujusmodi hortationes superstruunt, semper incertum; Quia hominibus constare non potest, quinam sint Electi. Sapissime falsum; Quoties nimirum adhibetur non Electis, qui ex hoc titulo Redemtionit non tenerentur vivere* CHRISTO, *nisi præsupponatur,* CHRISTUM *illos vere redemisse. Denique Ipse Christus jure mortis sua non posset (quod posse Ipsum diserte testatur APOSTOLUS Rom. XIV. 9.) in OMNES & SINGULOS SIBI vindicare supremam dominationem, nisi pro OMNIBUS ac SINGULIS re vera mortuus esset.* Itaque summa est: *Sublata universali Propitiatione per* CHRISTI *mortem facta, simul tollitur UNIVERSALIS Evangelii prædicatio; Tollitur UNIVERSALIS hominum, quibus innotuit Evangelium, obligatio ad fidem in* CHRISTUM, *& gratum obsequium Ipsi, ut Redemtori suo, præstandum; Denique tollitur UNIVERSALE Christi Redemtionis jure in omnes homines dominium atque imperium; Hoc est, totius Evangelii prima fundamenta convelluntur. Unde sententiam eorum, qui Christi Propitiationem ad OMNES pertinere negant, merito ut hæreticam*

reticam plane in Prædestinatianis (qui vocati fuere) olim damnavit Concilium Arelatense. Conferatur D. E. S. CYPRIANI. Abgetrungener Unterricht von Kirchlicher Vereinigung der *Protestanten*, p. 72. f. f.

§. LXXXIIX.

Ita tandem cum *fine* Tractationis conjungitur *CLASSIS VIII.*, supra non numerata aut promissa, quæ complectitur ea S. SCRIPTURÆ Testimonia, quibus *Universalem* probari posse Vocationem existimant illi, qui *C. REFORMATIS* opponuntur. §. *XXXIII. ff. p. 612. ff.* Ne autem & hi nimis a scopo aberrent, observandum est, quod *Distinctionem* inter *externam & internam* Vocationem penitus eliminaverint §. aliquibus, præcipue vero ad *Loca* Esa. IX. 9. Habac. II. 141. Zeph. III. 9. sufficienter responderint, sicut & causam indicarunt, qua permoti, consentiunt in ratione sua, quod *ipsa Vocatio externa ad singulos non venerit.*. Ut tamen D. FECHTII momenta, ipsis etiam sint celebria ac certa. Joel. II. 12. Jerem. III. 12. 14. &c. Luc. XV. 4. Siquidem, quod neminem excludum habeant, ad Jo. X. 26. manifeste declaraverunt. Ea vero propter ad *locum* Matth. XXIIX. 19. ubi DN. HONERTUS *GENTIUM* & non *HOMINUM* injectam esse mentionem, probare molitur, referens se ad Loca Marc. XVI. 15. 1. Petr. II. 13. Act. XVII. 30. f. ad Coloss. I. 21. Respondent adhuc peculiariter: Contra *PARTICULARISTAS* eundem egregie facere, quod CHRISTUS omnibus Nationibus, quantum ad omnia membra sua, nullo eorum excepto, id jubet inculcari; Ut servent ea omnia, quæcunque (ὅσα) Apostolis a CHristo sunt injuncta; *Ut nempe peccata sua agnoscant, detestentur, doleant, missa faciant; Ut JEsum CHristum habeant pro suo Redemtore, & in EO confidant; ut veniam, Adoptionem & Salutem desiderent; Ut ea in Nomine JESU petant, ac sperent; ut deinceps* DEUM, *velut* PATREM *Suum reconciliatum ament, celebrent, ingenue timeant, ac per morum innocentiam, & Bonorum Operum Studium colant.* Hæc summa est Præceptorum CHristi. Eam totam integramque citra omnem mutilationem, voluit

voluit universis & singulis hominibus per Apostolos proponi, atque adeo jam universa particularismi turris, per hæc CHRISTI Verba velut per fulmen cœleste mole ruit sua. Videatur SCULTETUS. in Paraphrasi ad l. c. Post hæc ipsa quæ §. XXXV. p. 616. adducta est Cel. GüRTLERI explicatio facile expiravit.

§. LXXXIX.

Ad Classem nunc veniremus ipsam, sed dum,

Quas de cætero hic adjecit DN. HONERTUS, easque varias a Partis adversæ Patronis excogitatas, atque sententiæ C. Reformatorum oppositas argumentationes, examinare intendit; cum in illo quidem tmemate, *Lutheranorum* non habita sit directa ratio, ex hactenus dictis etiam omnia sint absoluta; hic quidem subsistere juvat; firmiter autem persvasi sumus, quod his positis ac ex Verbo DEI ubicunque demonstratis, *ARGUMENTA nostra* sint satis firma, quibus *NOSTRAM* stabilire & *C. REFORMATAM* debellare sententiam voluimus ac valuimus. Quamobrem, relicto ac penitus rejecto, quem illi defendunt, *Particularismo*, iterum concludimus, *DEI GRATIAM AD OMNES OMNINO HOMINES, NEC TANTUM AD SOLOS ELECTOS REFERENDAM ESSE.*

§. XC.

Ingenuus vero quisque & Fidei dexterrimus arbiter, judicabit sagacius ac solide: Num *C. Reformati* ambigui sint in proponenda sua fide? Et annon de *RELIGIONE C. Reformatorum* obtinere possit Syllogismus, Doctoribus nostris hactenus firmiter demonstratus, qui hujus est tenoris: Quæcunque Religio (I.) nullo Scripturæ Testimonio integro nititur, (II.) cum fine creationis hominum pugnat; (III.) Universalem Dilectionem & Misericordiam erga totum Genus Humanum tollit; (IV.) Universale CHRISTI Meritum negat; (V) Ministerium Verbi & Sacramentorum, quoad majorum vocatorum partem, ex intentione DEI, ineffi-

cax

cax, immo exitiosum statuit; In DEO (VI.) contradictorias Voluntates fingit; (VII.) DEUM & CHristum hypocriseos arguit; (IIX.) DEUM facit causam omnium peccatorum primam & principalem; (IX.) Eundem ceu Tyrannum crudelissimum exhibetorbi; (X.) Initium perditionis maximæ hominum partis, primo & principaliter in DEO ponit; (XI) omne studium Pietatis ac Bonorum Operum respectu maximæ hominum partis, evertit; tentatis conscientiis certissimam desperationem adfert; (XIII) patronos aluit, qui coram auditoribus specialiter, perspicue & candide suam opinionem proponere non sunt ausi; Nunc & (XIV.) plures minimum habet, qui *PARTICULARISMUM* acriter defendere moliuntur; Illa certe non est amplexanda, sed omni sanctiori discretione potius fugienda ac deserenda. Conf. Theologi Tubingensis quondam Celeberrimi, DN. D. GODOFREDI HOFFMANNI, Synopsis Theologiæ purioris Dogmaticæ. p. 588.

SOLI DEO GLORIA!

VIRO-

VIRO
ADMODUM REVERENDO,
VENERABILI AC PRÆ-
CLARISSIMO,
DOMINO
ERNESTO
JOHANNI
WALTERO,
Pastori Cœnobii Rühnensis lon-
ge fidelissimo,
FAUTORI, PATRONO, SEU VERIUS,
ALTERI SUO PARENTI, ÆTATEM
DEVENERANDO,
Exercitium hocce Academicum
sacrum cupit.
DAVID JOHANNES WALTER.
Philosophiæ & Theologiæ
Cultor.

):(*Non*

NOn eum semper vituperandum existimo, qui remunerandis in se collatis beneficiis, reperitur tardior, sed eum, qui sese, ob collata in se beneficia, non confitetur obstrictum, non solum ingratum, verum etiam impium esse appellandum, libenter confiteor. Prius namque in cujuslibet non est potestate, (quorum ordini & me annumero) verum posterius. Hujus ergo non immemor, quoties Tecum coram agere mihi licuit, de mea erga Te religione, quoniam plus vires ferre recusant, Te facere certiorem studui. Tanta enim à Te sunt in me collata beneficia, ut, si maxima dicendi uber-

ubertate essem præditus, tamen ea enumerare aut consequi non possem. Tua de me sollicitudo, tua de me cura, tuus denique amor, salutis meæ Te esse cupidum profitentur. Tuam de me sollicitudinem verbis mihi declarasti; Tuam de me curam probasti per parationem aditus, ad tantos perpetueque â me colendos hîc viventes, quorum in patronatu glorior, Patronos; Amorem erga me tuum re significasti. Nonne immortalia hæc sunt habenda beneficia? Quæ ergo si immortali non retinerem memoria, acerbum sane facinus committerem. Quinimo, Tuos pro me sumtus Te effudisse, dicerem fere cum probro atque dede-

core. A quibus vero abhorrens, non acquiesco in privata sæpius facta confessione, quanti Te faciam, quanti tuum amorem tuamque erga me benevolentiam venerer, sed & hanc occasionem diu optatam, qua me Tibi obstrictum publice profiteri possum, ambabus arripio. Accipias ergo velim, quod Tibi porrigo, & crede me nihil per hoc aliud intendere, nisi ut Te de meo erga Te grato animo plenius convincam. Vale, meque amare pergas, ego quæ ad Te pertinere arbitrabor, omnia & in posterum studiose atque diligenter curabo.

Vale!

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404251/phys_0100
DFG

ubertate essem præditus, tamen e
merare aut consequi non possem.
de me sollicitudo, tua de me cura
denique amor, salutis meæ Te esse
dum profitentur. Tuam de me sol
dinem verbis mihi declarasti; Tu
me curam probasti per paration
tus, ad tantos perpetueque â me
dos hîc viventes, quorum in patr
glorior, Patronos; Amorem erga
um re significasti. Nonne immortal
sunt habenda beneficia? Quæ ergo
mortali non retinerem memoria,
bum sane facinus committerem. Q
imo, Tuos pro me sumtus Te effu
dicerem fere cum probro atque

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003404251/phys_0101
DFG